*MIRKO ZJAČIĆ*

# KNJIGA RIJEČKOG NOTARA I KANCELARA ANTUNA DE RENNO DE MUTINA (1436 - 1461)

## III.

http://library.foi.hr

http://library.foi.hr

*MIRKO ZJAČIĆ*

# KNJIGA RIJEČKOG NOTARA I KANCELARA ANTUNA DE RENNO DE MUTINA (1436 - 1461)

## III.

U ovom svesku donosimo nastavak i završetak Knjige najstarijeg sačuvanog riječkog notara i kancelara Antuna de Renno de Mutına (1436-1461).

I ovdje, kao i u prethodnom (IV) svesku »Vjesnika«, da bismo izbjegli suvišan opseg knjige, ispustili smo stereotipne formule unesaka, koje se jednoliko ponavljaju, a koje smo ipak u potpunosti jednom (na početku ovog rada, III sv. »Vjesnika«) donijeli, a tako isto i one dijelove unesaka odnosno isprava, koje za sam sadržaj odnosnih dokumenata nemaju bitnog značenja. To smo ispuštanje izvornog teksta označili tačkama.

Na kraju ne trebamo ponovno isticati od kolike je važnosti ova knjiga za proučavanje i poznavanje etničkog, ekonomskog i političkog života riječke komune u sredini 15. stoljeća, jer je o tom bilo riječi na početku ovog rada (III sv. »Vjesnika«).

Prijepis izvornika popratili smo i sada rijetkim bilješkama, koje se poglavito odnose na kritiku i pravilno razumijevanje izvornog teksta.



http://library.foi.hr

**S. 548.**
**Pro Francisco Crabunos et Corçino de Iustinopoli.**

.... Anno Natiuitatis .... millesimo CCCCLV[to], indictione tercia, die vigessimonono mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Nicolao Micolich, Rafaele condam Francisci de Fossambruno, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique Georgius condam Nicolai de Iustinopoli cum Francisco Cole Riuonte de Ortona fecerunt simul pactum et conuentionem, videlicet quod dictus Georgius completo viagnio, quod nunc incepit, debeat dare et designare prefato Francisco marcilianam, cum qua nunc nauigat, cum batello, vellis, anchoris, coredijs, et arnensibus, uti constat in quodam inuentario inter ipsos facto, quod sit libera et francha prelibati Francisci. Debeat tamen dare ipse Franciscus pretacto Georgio milliaria quinque ferri pro solutione dicte marciliane ......

**Pars capta pro ciuibus recipiendis.**

Die XXVIIIJ mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis sancti Viti. Per generosum virum dominum Andream de Foramine, capitaneum, iudices, et consiliarios dicte Terre Fluminis, sedentes in loco prescripto, capta fuit pars infrascripti tenoris, nemine discrepante: Cum multotiens aduene veniant ad dictam Terram dantes se tunc in ciues ut valeant expedire sua negotia et stant aliquo modico tempore, et recedunt, idcirco ab hodierna die in futurum ordinarunt quod quicunque aduena, cuiuscunque condicionis existat, qui voluerit esse accepturus in ciuem, debeat iurare, ad sancta Dei euangelia, quod erit fidelis, et faciet ac soluet omnes et singulas angarias, et non recedet a dicta Terra Fluminis usque ad triennium, et si recedet ante triennium, quod cadat ad penam librarum quinquaginta.

**Pro fraternitate sancte Marie contra Iuanulum.**

Die quinto mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Milasino calafato, Simone de Dreuenico, testibus ... Ibique Iuanulus de Arbo, ciuis dicte Terre Fluminis, designauit et pro speciali pignere designauit (!) Iohanni Machagnan, tanquam gastaldo fraternitatis sancte Marie, vnum suum ortum in Goiacho, positum iuxta Barulum Chergnaueçich, et oliuaria dicte fraternitatis pro libris quindecim, quas dare debet dicte fraternitati pro affictu vnius orti, siti post ecclesiam sancti Andree.

**Locatio iudicis Viti Barulich.**

Die septimo mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Agabito Diraçich. Cipriano Fariçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Vitus Barolich affictauit et locauit partem suam omnium suorum molendinorum, que habet in Grochoua Lechse Tomicich de Grobinico usque ad quatuor menses proxime futuros, his pacto et condicione, quod dictus Lechsa teneatur et debeat dictam partem molendinorum aptare dictis quatuor mensibus, et soluere



http://library.foi.hr

nomine affictus libras quatuordecim pro dictis quatuor mensibus .....

**Pro Petro de Firmo contra iudicem Mateum.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Bartolomeo Matiucij, Iacobo BonIohannis, ambobus de Firmo, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati sponte, libere ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Petro Agnoli de Firmo ..... ducatos ducentos et septuaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro oleo habito a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitatem dictus debitor prefato creditori (dare promisit) ferrum bonum et bullatum de Vlsperg pro precio ... ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario, per terminos infrascriptos .....

**S. 549. Procura ser Lodouici de Venetijs.**

Die X mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Iohanne Barbich, Andrea pilipario condam Michaelis, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Lodouicus Salomonis de Venetijs ..... fecit ..... magistrum Alegretum Marini de Tragurio ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis et alibi quacunque ex causa .....

**Procura Catarine, olim uxoris Iacobi Maliuanich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Catarina, uxor condam Iacobo Maliuanich ..... fecit ... magistrum Alegretum suprascriptum ... suum verum et legitimum procuratorem ... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicte constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa .....

**Procura fratris Fabiani.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus ser Georgio Glauinich, Agabito Diracich, testibus ... Ibique frater Fabianus condam Georgij, ordinis sancti Francisci, conuentualis conuentus Cersati ..... fecit ... suprascriptum magistrum Alegretum ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa in dicta Terra Fluminis .....

**Pro Grisano stacionario.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Dominico Fantoni de Florentia, Bartolomeo Matiucij de Firmo, testibus ... Ibique Laurentius Alegreti de Calamota sponte, libere ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Grisano condam iudicis Martini, ciui dicte Terre Fluminis .... ducatos trigintatres boni auri et iusti ponderis, et hoc pro tercia parte barchusij, batelli ...[1])

**S. 550. Pro iudice Nicolao contra Laurentium Sincich.**

Die XIIJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Iurcho de Dreuenico, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Laurentius Sinçich de Castua ... fuit con-

1) Taj unesak u izvorniku nedovršen.



http://library.foi.hr

tentus et confessus se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... ducatos decem ..... et hoc pro vno dolacio ab (!) dicto creditore habito .....

**Pars capta pro ponderantibus iniuste et mensuranstibus.**

Die XIIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti. Iudices et consilium dixerunt et affirmauerunt quod quicunque alicui iniustum pondus darvet siue iniuste ponderaret carnes, caseum siue alias quasuis res, soluere debeat pro pena solidos quadraginta octo. Cuius pene tercia pars sit accusatoris, et residuum comunis, sed res ponderata non perdatur. Et quod similiter mensurantes vinum, granum uel alias quasuis res iniuste, soluant pro pena solidos quadraginta paruorum pro pena (!). Cuius pene tercia pars sit accusatoris, residuum vero comunis, intelligando (!) tamen quod res, que mensurata fuerit, remaneat patrono.

**Pro ser Lodouico Salomonis contra Chirinum Milçich.**

Die XIIIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Agabito Diracich, Iohanne dicto Iagnaç, testibus ... Ibique Chirinus Milçich ... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... magistro Alegreto, tanquam procuratori ser Lodouici Salomonis, libras tresdecim et solidos quatuor paruorum pro saldo et calcullo omnium suarum rationum .....

**Pro ser Iohanne de Appullia contra Franciscum Crabunos.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus Agabito Diraçich et magistro Alegreto de Tragurio, testibus ... Ibique Franciscus Cole Riuonte de Ortona, tanquam plegius Teodori condam Dominici dare, et soluere promisit ser Iohanni de Sancto Seuero de Appullia, libras quinque et solidos quatuordecim usque ad .....

**Pro Francisco Crabunos contra Teodorum.**

Qui Teodorus, obligando se et sua bona, promisit seruare indemnem prefatum Franciscum a suprascripta plegiaria, et ipsi reficere omnia et singula damna .....

**Pro Riçardo del Bene contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die XVJ mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis sancti Viti, presentibus ser Dominico Fantoni de Florentia, Iohanne eius fratre, Francisco Crabunos de Ortona, testibus ... Ibique generosus milles dominus Nicolaus de Barnis sponte, libere ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Riçardo del Bene de Florentia ..... ducatos centum et triginta ... et hoc pro ferro habito a dicto credi-

**S. 551.**

tore ..... (S. 551) Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit tria frustra id est cauicios tres de panno Siriceo hoc pacto et condiciones .....

**Pro magistro Alegreto contra Franciscum fabrum.**

Die XVJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Vito Mateieuich, Ricardo del Bene, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Franciscus faber condam Martini ... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... magistro Alegreto, rectori scola-



http://library.foi.hr

rum, tanquam procuratori fratris Fabiani, libras centum et viginti paruorum ..... usque ad festum .....

**Pro Francisco fabro contra Marcum Bunto.**

Die XX mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis sancti Viti, presentibus Prodano de Pago, Martino Satanni, Georgio Marolich testibus ... Ibique Marcus Bunto ... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Francisco fabro condam Martini libras ducentas paruorum per terminos infrascriptos, videlicet usque ad festum ... libras quingentas parue lane pro precio librarum decem paruorum pro singulo centenario, libras quinquaginta usque ad aliud festum ... et sic singulo anno libras quinquaginta usque ad integram satisfactionem, et hoc pro vna vinea, sita in Borgudo Sub Sancta Cruce, quam dictus debitor emit a dicto creditore pro libris ducentis et decem paruorum .....

**Pro iudice Mauro contra Stefanum de Arbo.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis ..... presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, presbitero Alexandro Vidaçich, testibus ... Ibique Stefanus Petri de Arbo ... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... iudici Mauro Vidonich ..... ducatos vndecim ... et hoc pro assidibus seccaticijs habitis a dicto creditore .....

**Procura Francisci fabri.**

Die XXJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis .... presentibus Agabito Diraçich, Georgio eius fratre, testibus .. Ibique Franciscus faber condam Martini ..... fecit ... magistrum Alegretum de Tragurio ... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis et Castue .....

**S. 552. Pro Antonio de Ancona contra Demitrium.**

Die XXJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Tonsa, Agabito Diraçich, testibus ... Ibique Demitrius Georgij, tanquam plegius Blasij Emerisich, promisit dare et soluere Antonio de Ancona libras decem paruorum confestim cum reuertetur ab hoc viagnio .....

**Procura Demitrij.**

Vltrascriptis die ac (!) loco ac testibus. Ibique suprascriptus Demitrius ..... fecit ... Petrum balistarium ... suum verum et legitimum procuratorem ..... ad exigendum et recuperandum ab heredibus condam Iacobi Maliuanich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Antonio de Parentio contra Elenam Babichieuam.**

Die prescripto. Ante domum infrascripte Elene, presentibus Nicolao a Rocha, Iacobo Cigantich, testibus ... Ibique Elena, uxor condam Iohannis Babich, fuit contenta quod duo ducati dati pro ara barche, empte ab Antonio de Parentio, sint ipsius Antonij, et quod mercatum pro ipsa barcha pactum nullius sit valoris et efficacie.



http://library.foi.hr

**Locatio famuli pro Iusto Samburich.**

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis .... presentibus Agabito Diraçich, Georgio Golçich, Francisco eius fratre, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Cosmas de Ielouich de Brineis non vi, non metu ... dedit ... usque ad septem annos proxime futuros Paulum, filium suum, annorum decem uel circa, Iusto Samburich ..... quod dictus Paulus béne, fideliter, et diligenter seruire debeat dicto Iusto, et ipsi tanquam domino et patrono suo obedire toto tempore dictorum septem annorum. Et quod dictus Iustus teneatur et debeat dicto Paulo dare vitum, vestitum, et calceatum decentem toto docto tempore, et ipsum docere et instruere tanquam filium anime .....

**Procura Chirini Spinçich.**

Die XXIIIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus ser Iohanne Glauininich de Albona, magistro Alegreto rectore scolarum in Flumine, testibus ... Ibique Chirinus Spincich de Castua .... fecit ... ser Anfream condam ser Nicolai Lupetinich ... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur Albone quacunque ex causa .....

**Pro Francisco fabro contra Tomam remerium.**

Die XXV mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis ..... Coram ambobus iudicibus Tomas remerius de Bucharo dare promisit magistro Alegreto, tanquam procuratori Francisci fabri, libras viginti et solidos quatuordecim paruorum usque ad .....

**S. 553. Pro Paulo barberio concessio.**

Die XXVIIIJ mensis Ianuarij. Spectabilis vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, iudices, et consiliarij Terre Fluminis sancti Viti sedentes in lobia comunis concesserunt magistro Paulo barbitonsori, quod possit facere scalas lapideas in mensura digitorum quatuor extra murum suum usque ad voluntatem regiminis.

**Pars pro vino conducendo.**

Vltrascriptis die ac loco. Prefati domini ordinauerunt quod vinum Dalmatie possit quilibet ciuis dicte Terre Fluminis, et habitans, conducere in dictam Terram Fluminis pro suo vsu usque ad festum Resurectionis domini nostri Iesu Christi, hac condicione quod nullus possit emere de ipso vino minus vno modio, et quicunque contrafaceret, soluat libras quinquaginta comuni, et perdat vinum, et similiter quicunque venderet vinum ad mensuram minus vno modio uel cum cagnicio, cadat ad eamdem penam, accusator habeat decimam partem.

**Pro ser Riçardo contra Gasparem de Labaco.**

Die primo mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Iohanne Marnich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Gaspar, rerum gestor iudicis Matchi Vidaç de Labaco ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere ser Riçardo del Bene de Florentia ..... ducatos centum et quadraginta ....., et hoc pro amigdalis habitis a dicto



http://library.foi.hr

creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum de Vlspergo, pro precio ... ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario .....

**Procura Simonis de Arbo.**

Die tercio mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis ...., presentibus Mateo barberio, Blasio Agabitich, testibus ... Ibique Simon Dragoribi de Arbo ..... fecit ... magistrum Alegretum, rectorem scolarum, ... suum verum et legitimum procuratorem .... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis, et per totum Vinodolum quacunque ex causa .....

**Pro ser Iacobo Pacharono contra iudicem Mateum condam ser Donati.**

Die prescripto. Ante portam Terre Fluminis sancti Viti a mari, presentibus Ricardo del Bene de Florentia, Bartolomeo Matiucij de Firmo, Petropaulo Dominici de Firmo, testibus ... Ibique ser Mateus condam ser Donati promisit accipere a ser Iacobo Pacharone de Firmo milliaria sex olei, pro precio ... ducatorum viginti nouem auri pro singulo milliario. Pro quibus quidem sex milliarijs olei prefatus iudex Mateus dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum de Vlsperg, pro precio ... ducatorum tresdecim pro singulo milliario, et pelles bouinas pro precio ... ducatorum quatuor auri pro singulo centenario librarum ponderis pro rata .....

**S. 554. Procura Nicolai a Rocha.**

Die tercio mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Petro Glaunich, Paulo barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Francisci a Rocha ... fecit ... magistrum Alegretum de Tragurio ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, tam in dicta Terra Fluminis quam alibi.

**Procura Creste de Capisulo.**

Die quarto mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis .. , presentibus Agabito Diraçich, Iusto barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Cresta de Capisolo ..... fecit ... iudicem Stefanum Blasinich .... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad petendum et recuperandum terrena et bareta, que olim tenebat Michai de Borgudo .....

**Pro Nicolao de Firmo contra Lucianum de Lach.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Georgio Golçich, Petropaulo Dominici de Firmo, testibus ... Ibique Lucianus condam Martini de Lach ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri .... Nicolao Cole de Firmo ..... ducatos septem cum dimidio boni auri et iusti ponderis et solidos quinque paruo-



http://library.foi.hr

rum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis virgulas ferreas a clauis usque ad ..... pro illo precio quo alij de Lach vendiderunt alijs mercatoribus in dicta Terra Fluminis .....

**Procura Petri balistarij.** Die X mensis Februarij In lobia Terre Fluminis .. , presentibus Prodano de Pago, Toma Mocenigo, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus .... Ibique Petrus balistarius ... fecit ..... magistrum Alegretum, rectorem scolarum, suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto consistuenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Ricardo contra Ançe Baloch.** Die XJ mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Bartolo Melcherich, Iohanne Lisiçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes Baloch de Labaco ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... ser Riçardo del Bene de Florentia ..... libras centum et septuaginta vnam et solidos quinque paruorum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis canouacium bonum pro precio ... solidorum septem pro singula macia usque ad festum .....

**S. 555. Pro Iacobo Pacharone contra Paulum Lustalar.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Iurcho de Dreuenico, Agabito Diraçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Paulus Lustalar de Labaco ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... prouido viro ser Iacobo Antonij Pacharone de Firmo ducatos trecentos et triginta tres cum dimidio boni auri ..., et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas simul habuissent, usque ad presentem diem. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum de Vlsperg .....

**Preceptum factum capitulo.** Die XJ mensis Februarij. In salla pallatij illustrium dominorum de Balse[1]) spectabilis ac generosus vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, iudices, et consilium Terre Fluminis sancti Viti volentes mandata suprascriptorum dominorum suorum iuxta posse adimplere, uti fideles seruitores, preceperunt venerabilibus viris domino presbitero Iohanni Micolich, domino presbitero Gaspari, plebano, et toti capitulo dicte Terre Fluminis ... ex parte suprascriptorum dominorum de Valse,[1]) quod ab hodierna die in antea *nullum debeant assu-*

1) Tako u kodeksu najprije pisano »Balse«, a niže u istom unesku »Valse«.



http://library.foi.hr

*mere in canonicum qui ignoret literam latinam, et quod similiter non debeant mittere aliquem clericum ad ordines Polam, qui habitet in dicta Terra Fluminis, qui nesciat legere latinam literam,* quantum habent caram gratiam dominorum.

**Pro Nicolao de Firmo contra Paulum Mortatich.**

Die XXJ mensis Februarij. In lobia Terre Flumniis . . . , presentibus Rafaele de Fossambruno, Dominico carpentario, testibus . . . Ibique Paulus Mortatich . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Nicolao Cole de Firmo . . . . . libras quadraginta quatuor paruorum pro oleo habito a dicto creditore . . . . .

**Pro presbitero Iohanne Susselich contra Antonium Rossouich.**

Die XX [1]) mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis . . . Martinus Coxar, Agabitus Diracich, Iohannes Lisiça, et Suetina de Lippa, missi a regimine dicte Terre Fluminis ad uidendum et considerandum differentiam, que est et erat inter dominum presbiterum Iohannem Susselich . . . et Antonium Rossouich . . . , retulerunt mihi Antonio, notario infrascripto, qualiter Antonius Rossouich nullum ius habet in terreno, quod est ultra grumaciam nec in ipsa grumacia, sed ipsa grumacia tota et integra est prelibati presbiteri Iohannis Susselich.

**S. 556. Pro Simeone contra presbiterum Antonium et presbiterum Vitum Scholich.**

Die XXIIJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus presbitero Iohanne Susselich, Dominico carpentario, testibus . . . Ibique presbiter Antonius Vissignich (et) presbiter Vitus Scolich, tanquam plegij et fideiussores ser Georgij Glauinich, simul et in solidum fuerunt contenti et confessi se habuisse ac recepisse a Simeone Maurich vnum vassellum vini rubei, tenute modiorum decem uel plus uel minus, prout reperietur ad mensuram, pro precio . . . solidorum nonaginta pro singulo modio . . .

**Pro prescriptis plegijs contra ser Georgium Glauinich**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Sex Georgius Glauinich . . . dare et soluere promisit usque ad festum . . . vnum vassellum vini rubei quem habuit a Simeone Maurich pro quo quidem vassello vini presbiter Antonius Vissignich et presbiter Vitus Scholich fideiusserunt prefato Simeoni in solidum. Et ad maiorem cautellam dictorum plegiorum dictus ser Georgius obligauit et pro speciali pignere designauit ipsis plegijs suam domum, in qua habitat, cum terreno post ipsam domum, et tinacios, vegetes, vassellos, et omnia vassa a vino.

---

1) Tako u izvorniku unsak s datumom »XX mensis Februarij« slijedi iza uneska s datumom »XXJ mensis Februarij«, a pred uneskom s datumom »XXIIJ mensis Februarij«. Možda griješkom mjesto »XXIJ mensis Februarij«.



http://library.foi.hr

**Pro Iurlino de Stayn contra dominum Nicolaum de Barnis.**

Die XXIIIJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus Grisano condam iudicis Martini, Alegreto de Tragurio, rectore scolarum habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique circumspectus milles dominus Nicolaus de Barnis sponte, libere . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Iurlino Saidl de Stayn . . . . . ducatos centum et triginta sex boni auri . . . , et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas comodocunque simul habuissent usque ad presentem diem . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit aliquas pecias panni de Sirico, hac condicione . . . . .

**Pro Simone pilipario de Allemania contra Tomam de Rotimburg.**

Vltrascriptis die (et) loco, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Mauro Vidonich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Tomas Maier de Rotimburg, suo nomine ac vice et nomine Petri Paier, eius socij, fuit contentus et confessus sibi integre solutum et satisfactum fuisse a Simone pilipario de Allemania pro quatuordecim biretis agnellinis albis, que bireta prefati Tomas et Petrus, socij, dimiserant iam octo annis elapsis apud prefatum Simonem.

**Interdictio Cecele Vissigne.**

Die XXV mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Agabito Diracich, Georgio Simonich. Ibique coram ambobus iudicibus comparuit Simon de Dreuenico, nomine ac vice Cecele Vissigne socrus sue, asserens et dicens qualiter interdicit et sequestrat stabulam cum orto in Vragneue Gomile, quos emit lucacius a presbitero Antonio Vissignich.

**Interdictio Filipe Chergnace.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Agabito Diracich, Iohanne Lisiça, testibus . . . Ibique coram nobilibus iudicibus comparuit Filipa Chergnaca asserens et dicens qualiter interdicit et sequestrat ortum cum oliuarijs, quem posseidet Iuanulus de Arbo, quia dixit dictum ortum fuisse patris ipsius Filipe.

**Pro Chirino Spinçich contra Gasparem de Grobinico. S. 557.**

Die XXV mensis Februarij. In pallatio illustrium dominorum de Balse, presentibus Agabito Diracich, Iohanne Marnich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Gaspar Suauecich de Grobinico sponte, libere . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Chirino Spinçich de Castua . . . . . (S. 557) ducatos duodecim boni auri . . . , et hoc pro oleo quod accepit a dicto Chirino Gaspar Omotich de Los, pro quo quidem Gaspare Omotich prelibatus Gaspar de Grobinico se constituit plegium et fideiussorem dicto Chirino . . . . .



http://library.foi.hr

**Pro Riçardo del Bene contra Lambertum de Arimino.**

Die vltimo mensis Februarij. In Terra Fluminis ... in statione ser Dominici Iacobi de Fantonis de Florentia, presentibus ipso ser Dominico, Iusto Samburich de dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique Lambertus Iacobi de Arimino sponte, libere ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Riçardo del Bene de Florentia, mercatori in dicta Terra Fluminis ..... ducatos centum et octoaginta unum boni auri ..., et hoc pro ferro, clauis, panno, lineo, et canouacio habitis a dicto creditore .....

**Pacta ser Iohannis de Appullia et Matei de Iadra.**

Die secundo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Paulo barberio, Iohanne Franulich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus .... Ibique Mateus condam Bartolomei de Vignono promisit dare et consignare Iohanni de Sancto Seuero de Appullia usque ad sex dies proxime futuros super littore maris centum et quinquaginta starios frumenti pro precio ... solidorum uiginti quinque paruorum pro singulo stario. Pro qua quidem frumenti quantitate prefatus ser Iohannes dare promisit dicto Bartolomeo in dicta Terra Fluminis vnum milliare olei in ratione ducatorum viginti quinque auri, reficiendo vno alter. Qui Mateus promisit accipere a dicto ser Iohanne usque ad festum ..... barilia quinque clauorum pro precio ducatorum auri quinque pro singulo barili, et vnum milliare ferri cum dimidio pro precio ducatorum duodecim auri pro milliari, quos clauos et ferrum promisit soluere in prompta pecunia .....

**Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo contra Crise Slaticep.**

Die quarto mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus presbitero Alexandro, Cipriano Tudrouich, testibus ... Ibique Crise Slaticep de Labaco sponte ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Bartolomeo Matiucij de Firmo ..... ducatos quatuordecim boni auri ... et solidos nonaginta paruorum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum, dulce illius signi cuius dedit Riçardo del Bene, super nundinis sancti Iohannis Baptiste proxime futurum dicte Terre Fluminis, pro precio ... ducatorum tresdecim auri pro milliario .....

**S. 558. Pacta iudicis Nicolai et Siuichi molendinarij.**

Die quinto mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ...., presentibus Grisano Stacionario, Ambrosio Dolinich, Vidacio sarctore, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Nicolaus Micolich locauit et affictauit Siuicho molendinario partem suam molendini, et partem Sigismundi Çichouer pro duobus annis proxime futuris, his pactis et condicionibus, quod dictus Siuichus teneatur et debeat dare et



http://library.foi.hr

soluere pro liuello singulo anno starios centum frumenti pro affictu, et quod dictus Siuichus debeat ipsi maçinare absque aliquo premio toto dicto tempore dictorum duorum annorum totum frumentum et bladum necessarium pro eius familia ..... Et quod predictus Siuichus debeat facere vnam aliam rotam hoc modo videlicet, quod prefatus locator debeat preparare omnia et singula necessaria pro dicta rota, et ipse conductor magistrantiam dare debeat, et quod si aliquid destrueretur in prefato molendino dictus locator debet preparare necessaria, et conductor magistrantiam soluere debeat siue dare .....

**Pro Martino aurifice contra Andream piliparium.**

Die sexto mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Vidacio sarctore, Veneciano de Cregnino, testibus ... Ibique Andreas piliparius ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Martino aurifici condam Dominici ..... libras sex cum dimidio paruorum, et hoc pro duabus pellibus lodre ...

**Procura Petri de Firmo.**

Die septimo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Lamberto Iacobi, Filipo Laurentij, ambobus de Arimino, testibus ... Ibique Petrus Agnoli de Firmo ..... fecit ... Petrumpaulum Dominici de Firmo .... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum in dicta Terra Fluminis, et per istas partes, quicquid dicto procuratori constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Procura Francisci de Bononia.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Franciscus Bartolomei de Bononia ... fecit ... ser Dominicum de Fantonis de Florentis ... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa in partibus Sclauanie .....

**Procura ser Iacobi Pacharone.**

**S. 559.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Veneciano de Cregnino, testibus ... Ibique ser Iacobus Pacharone de Firmo ... fecit ... Nicolaum Cole de Firmo ... suum verum et legitumum procuratorem (S. 559) ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Procura Antonij de Parentio.**

Die octauo mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Iurcho, iudice Vito Rosso, Agabito Diraçich, testibus ... Ibique Antonius Petri de Parentio ... fecit ... Nicolaum Francisci a Rocha ... suum verum et legitimum pro-



http://library.foi.hr

curatorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Accordatio famuli pro Lauro de Calamota.**

Die vndecimo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Petropaulo Dominici de Firmo. Gregorio sarctore condam Nicolai, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Emiricus condam Michleus de Raça non vi, non metu ... promisit et se obligauit ad standum et seruiendum duobus annis proxime futuris Laurentio de Calamota, habitatori dicte Terre Fluminis ... his pactis et condicionibus, quod dictus Emericus teneatur et debeat bene, fideliter, et diligenter seruire dicto Laurentio, patrono suo, et ipsi obedire tanquam patrono suo toto dicto tempore dictorum duorum annorum. Et dictus Laurentius teneatur et debeat dicto Emirico dare vitum, vestitum, et calceatum decentem toto dicto tempore, et in fine termini ducatos quinque auri, vnam vestem de griso, vnam interulam, vnum par caligarum, et vnum biretum pro suo salario et labore .....

**Pro Bolfungo Valpoto in Sagorie contra Paulum Mortatich.**

Vltrascriptis die et loco. Presentibus Bartolo Melcherich, Iohanne Marnich, testibus ... Ibique coram iudice Iurcho Paulus Mortatich sponte etc ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Grisano condam iudicis Martini ... vice ac nomine Bolfungi Valpoti in Sagorie, ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis nomine mutui ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit totum suum pastinum in Schurigna, his pactis et condicionibus .....

**S. 560. Pacta ser Lodouici Salomonis et Martini Gregorich.**

Vltrascriptis die ac loco. Presentibus ser Nicolao condam ser Stefani de Petrisio, ser Paulo Andree Schanda de Venetijs, testibus ... Ibique Martinus ser Gregorij de Segna, habitator Iadre, promisit ser Lodouico Salomonis de Venetijs, quod ipse veniet siue mittet nuncium suum pro seccaticijs, quas dictus ser Lodouicus habet in tribus magaçinis numero mille sexcentarum, pro precio ... librarum decem et octo paruorum pro singulo centenario, cum suo barchusio, qui barchusius nunc debet ire ad caricandum lignamina Bucharicium, et cum dictis lignaminibus debet ire Iadram, et ibidem exonerare predicta lignamina, quibus exoneratis recto tramite debet conduci ad dictam Terram Fluminis pro caricando dictas segaticias, et ipsas soluere in prompta pecunia .....

**Locatio domus Sigismundi Çechoner.**

Die XIIJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Petropaulo Dominici de Firmo, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique nobilis vir Sigismundus Çechoner locauit et



http://library.foi.hr

affictauit iudici Mateo condam ser Donati domum iuxta castrum, que fuit condam domini Ioahnnis eius fratris, cum stabulis, domibus, et curia, et ortis contiguis, pro vno anno proxime futuro ..... his pactis et condicionibus, quod dictus iudex Mateus soluere debeat pro affictu ducatos octo auri, quos expendere possit in aptando necessaria pro reparatione dicte domus siue ipsorum partem, et quod quandocunque dictus locator veniret siue eius uxor aut famuli ad dictam Terram Fluminis possint et valeant in dictis stabulis reponere suos equos, et ibidem coquere, et habitare, absque alicuius contradictione.

**Pro Blasuto contra Blasium becharium.**

Die XVJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Agabito Diraçich, Laurentio Spinçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Blasius becharius, ciuis dicte Terre Fluminis, sponte etc .... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Blasuto condam Petri ..... libras centum et octo paruorum pro vna domo habita a dicto creditore .....

**Procura iudicis Martini de Cregnino.**

Die XVJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus ser Vito condam ser Matchi, ser Tonsa condam ser Nicole, ser Iurcho de Dreuenico, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus .... Ibique nobilis vir ser Martinus Cotermanich de Cregnino ..... fecit ... Nicolaum condam Iohannis de Candia, ciuem dicte Terre Fluminis ... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Massio Peneli de Guasto quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**S. 561.**
**Pro ser Ricardo del Bene contra Nicolaum de Candia.**

Die XVIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Agabito Diraçich et Georgio Simonich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Iohannis de Candia, tanquam fideiussor Alegreti de Ragusio, promisit soluere Riçardo del Bene libras octo pro vna salma fabe, quam dictus Alegretus habuit a Laurentio Adimario de Florentia in portu firmi .....

**Testificatio plebani.**

Die XVIIIJ mensis Marcij. Dominus presbiter Gaspar, plebanus, testis productus per Elenam Babichieuam, et examinatus a venerabili viro domino arcidiacono, dixit et testificatus fuit qualiter ipse vidit in domo condam Iohannis Babich quando jacebat infirmus presbiterum Antonium Visignich et Chirinum Spinçich, sed de debito quod petit Chirinus predictus nichil intellexit a prefato Iohanne Babich quia non poterat loqui.



http://library.foi.hr

**Pro Petro Chonç contra Bartolum Bachinich.** Vltrascripto die in platea Terre Fluminis..., presentibus iudice Mauro Vidonich, Simeone Maurich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Bartolus Bachinich..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Iohanni Suab hospiti... vice ac nomine Petri Chonç de Lach, ducatos quatuordecim auri et solidos nonaginta octo paruorum, et hoc pro mille centum et quadraginta libris ferri habitis a dicto creditore, in ratione ducatorum tresdecim pro milliario.....

**Pro Iohanne de Sancto Seuero contra iudicem Nicolaum et Franciscum de Fano.** Die XVIIIJ mensis Marcij. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus Bartolomeo Matiucij de Firmo, Riçardo del Bene de Florentia, Agabito Diracich de dicta Terra Fluminis.... Ibique iudex Nicolaus Micolich et Franciscus Petri de Fano fuerunt contenti et confessi se habuisse ac recepisse a Iohanne de Sancto Seuero de Appullia, dante et soluente nomine ac vice Petri de Pando de Brandisio de voluntate et consensu dicti Petri, et per manus Iuliani Iohannis de Pisis, scribe nauis dicti Petri, ducatos centum et viginti sex auri et solidos nonaginta duos paruorum, quos ducatos... dictus Iohannes dare tenebatur predicto Petro pro resto et complemento certe quantitatis vini et vasellorum habitis a dicto Petro. Item fuerunt contenti et confessi se habuisse..... a dicto Iohanne barilas sex clauorum.

**Protestus presbiteri Antonij Vissignich.** Die XXJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis..., presentibus Agabito Diraçich, Teodoro condam Dominici, testibus... Ibique coram nobili viro iudice Tonsa comparuit presbiter Antonius Visignich asserens et dicens qualiter eius vinea que dicitur Galia subastatur pro debito condam Iohannis Babich ad petitionem Chirini Spinçich, idcirco protestatur aduersus Elenam, uxorem condam dicti Iohannis, de ducatis XXV auri pro dicta vinea.

**Pro Iacobo Sommer contra Bartolomeum Matiucij de Firmo.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus Grisano condam iudicis Martini, et Dominico de Fantonis, Iohanne eius fratre, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Iacobo Sommer de Labaco..... ducatos nonaginta boni auri et iusti ponderis et milliaria quinque olei.....

**S. 562. Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo contra Iacobum Sommer de Labaco.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iacobus Sommer de Labaco sponte..... fuit contentus et confessus se iuste teneri.... Bartolomeo Matiucij de Firmo..... ducatos trecentos et septuagintatres boni auri... et hoc pro mercancijs et denarijs habitis a dicto creditore. Pro quibus quidem ducatis... dictus Iacobus debitor dare et consignare promisit in dicta Terra



http://library.foi.hr

Fluminis ferrum dulce bullatum de Vlspergo et bonum arbitrio prefatorum ser Dominici et Grisani usque ad festum..... pro precio... ducatorum tresdecim auri pro singullo milliario, hoc pacto et condicione.....

**Pro Abrucio contra Mateum Bonferdini de Lach.**

Die XXIJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis..., presentibus ser Iohanne de Sancto Seuero de Appullia, Iacobo Cigantich, Francisco Crabunos de Ortona, habitatoribus ad presens dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Mateus Bonferdini de Lach dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis Abrucio Cole de Ortona milliaria septem ferri boni, dulcis, et bullati de Vlspergo, inter que septem milliaria ferri debent esse milliaria tria quadrelorum et milliarium vnum virgularum, pro precio... ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque ad festum... Qui Mateus fuit contentus... se habuisse ac recepisse a prefa(to) Abrucio pro parte solutionis dicte quantitatis ferri ducatos sexaginta auri in croco et prompta pecunia, residuum vero valoris dicte quantitatis ferri dare et soluere tenetur.....

**Pro iudice Nicolao et Francisco de Fano contra Iohannem et Bartolomeum de Fano.**

Vltrascriptis die(et) loco, presentibus ser Dominico de Fantonis de Florentia, Grisano condam iudicis Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iohannes Paganucij de Vrbino et Bartolomeus Cichulini de Monte Maiore, habitatores Fani, sponte..... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri et dare debere ser Nicolao Micolich, ciui dicte Terre Fluminis, et Francisco Petri de Fano..... ducatos quinquaginta unum cum dimidio boni auri et iusti ponderis, et hoc pro pellibus bouinis habitis a dictis creditoribus. Quos quidem ducatos... dicti debitores prefatis creditoribus (soluere promiserunt), usque ad..... super nundinis Pisauri.....

**S. 563. Aduersus Petrum de Pando de Brandisio, et eius fratrem, filium, et nepotem.**

Vniuersis et singulis presentes literas inspecturis notum facibus nos capitaneus, iudices et consilium Terre Fluminis.. qualiter die XVIIIJ mensis Marcij 1455 Petrus de Pando, Agnolus de Pando eius frater, Iacobus eius filius, et Franciscus del Abate eius nepos, cum vna, uti fertur, naui armata inter quorum marinariorum numero fuerunt Iohannes Ianuensis nuclerius, Petrus de Ianua guardianus, Iohannes Scharamucia subpatronus, Gaspar de Neapoli agucinus, Mançinus de Pando patronus barce, Iulianus de Pisis scriba, Vintimiglia marinarius, nulla precedente causa legitima aggressi sunt super splagia dicte Terre Fluminis marcilianam Nicolai Francisci a Rocha, et ipsam debellantes ceperunt proicientes bombardas et schlopetos aduersus fores dicte Terre Fluminis, et abduxerunt ipsam marcilianam cum patrono, marinarijs tribus, et aliquibus romipedibus, in qua marciliana fuerunt bona



http://library.foi.hr

infrascripta siue mercancie infrascripte: videlicet pelles bouine quinquaginta due, fassij sex ferri, due barile calibis subtilis ser Nicolai Antonij Micolich, due barile clauorum, quinquaginta macie canipacij Francisci de Fanno, fassij 60 ferri, due barile clauorum, macie centum quadraginta septem, 6 pelles bouine, XJ barile clauorum, et vnius(!) fassius ferri ser Iacobi Micolich, fratris suprascripti ser Nicolai Antonij, pelle(s) bouine 259, due barile clauorum, et tres pecie grissi albi suprascripti Nicolai Francisci a Rocha.

**Pro Chirino Spinçich contra Franchum Morlachum.**

Die primo mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Iohanne Rossouich, Alberto Dietrisich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Franchus Milich Morlachus sponte etc . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Chirino Spinçich de Castua . . . . . libras viginti tres et solidos sexdecim paruorum, et hoc pro decem et septem starijs frumenti, habitis a dicto creditore, pro precio viginti septem solidorum pro singulo (stario), et solidis decem et septem mutuatis . . . . . sub pena ducatorum decem auri, deuenienda magnifico comiti Stefano, et sub pena dupli, deuenienda dicto creditori . . . . .

**Pro Martino aurifice contra Paulum Schanda.**

Die nono mensis Aprilis. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Simeone Maurich, Chirino Milçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Paulus condam Andree Schanda de Venetijs sponte etc . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Martino aurifici condam Dominici, ciui dicte Terre Fluminis . . . . . libras centum et tresdecim et solidos duodecim cum dimidio paruorum, et hoc pro lignamine habito a dicto creditore . . . . .

**Pro Martino suprascripto contra Demitrium.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Demitrius condam Georgij de Sana sponte etc . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Martino aurifici condam Dominici, ciui dicte Terre Fluminis . . . . . libras centum et tresdecim et solidos duodecim cum dimidio paruorum, et hoc pro lignamine habito a dicto creditore . . . . .

**S. 564. Pro Francisco Crabunos contra Agabitum.**

Die X mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus magistro Dominico carpentario, Bartolo cerdone, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique iudex Ambrosius Stigilich de Bucharo . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Francisco Cole Riuonte de Ortona . . . . . libras octoaginta quinque cum dimidio paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore . . . . .



http://library.foi.hr

**Procura Luce Bosich.**

Die XIIIJ mensis Aprilis. Ante macellum Terre Fluminis . . ., presentibus Iohanne Milasinich, Bartolo Chergnaueçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Lucas Blaseuich marinarius . . . . . fecit . . . magistrum Alegretum de Tragurio . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa . . . . .

**Pro Francisco de Fano contra Betam Bachijnam.**

Die XV mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis . . ., presentibus Blasio Peçich, Veneciano de Cregnino, testibus . . . Ibique Beta Bachijna . . . . . fuit contenta et confessa se iuste teneri . . . Francisco condam Petri de Fano . . . . . ducatos tres boni auri . . . et solidos quadraginta octo paruorum nomine mutui . . . . .

**Locatio famuli pro Bartolo cerdone.**

Die XXIIJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis . . ., presentibus Georgio Golcich, Stefano Lausich, testibus . . . Ibique Ielena, uxor Petri de Coraniça . . . dedit et locauit Laurentium, filium suum . . . . . usque ad decem annos proxime futuros Bartolo cerdoni, his pactis et condicionibus quod . . . . .

**Procura Antonij de Monte Grecensi.**

Die XXVJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis . . ., presentibus presbitero Antonio Visignich, Bartolo cerdone, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Antonius condam Nichleus(!) Craieçeuich de Monte Grecensi . . . . . fecit . . . magistrum Alegretum de Tragurio . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur qucunque ratione uel causa . . . . .

**S. 565. Pro Paulo Lustalar contra Bartolomeum Matiucij de Firmo.**

Die XXVJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis . . ., presentibus Paulo Vidotich, Acacio Barlechouich, ambobus de Flumine, testibus . . . Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Paulo Lustalar de Labaco . . . . . ducatos quadraginta boni auri . . . et milliaria quinque olei boni et mercimonialis per terminos infrascriptos videlicet . . . . . hoc tamen pacto, quod si dictus Bartolomeus non haberet oleum, quod soluere debeat dictam quantitatem olei in ratione ducatorum triginta auri pro singulo milliario . . . .

**Pro Bartolomeo Matiucij prescripto contra suprascriptum Paulum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Paulus Lustalar de Labaco . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Bartolomeo Matiucij de Firmo . . . . . ducatos ducentos et quinquaginta boni auri . . . . Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit ferrum



http://library.foi.hr

bonum de Olspergo pro precio ... ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque ad festum .....

Pro magistro Alegreto de Tragurio contra Mateum Dragulich.

Die quinto mensis Madij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Paulo barberio, Veneciano de Cregnino, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Mateus Dragulich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... magistro Alegreto de Tragurio libras uigintiseptem paruorum, quas dare tenebatur Iacobus Maliuanich, quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

Pro suprascripto magistro Alegreto contra Blasolum.

Die ac loco prescriptis. Presentibus iudice Mauro Vidonich, Iohanne Machagnano, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Blasolus carpentarius condam Iacobi Bolsagne ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... magistro Alegreto de Tragurio ... vice ac nomine fratris Fabiani, libras quadraginta quinque et solidos XV paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus
S. 566. debitor prefato creditori per (S. 566) terminos infrascriptos videlicet .....

Procura iudicis Nicolai et Francisci de Fano.

Die quinto mensis Madij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Prodano Radenich, Mateo barberio condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Nicolaus Micolich et ser Iacobus Micolich, fratres, et Franciscus Petri de Fano, omnes ciues dicte Terre Fluminis, ..... fecerunt ... Vitum Mateieuich, ciuem dicte Terre Fluminis .... suum verum et legitimum procuratorem ..... specialiter et expresse ad exigendum et recuperandum a quacunque persona quicquid dictis constituentibus siue alij ipsorum teneretur quacunque ratione ... Brandisij, et per totum regnum Appullie ..... et si opus fuerit ad comparendum coram excelso principe Tarenti, rectore, iudice, et officio ad agendum .....

Pro Abrucio de Ortona in Mateum Bonfredini.

Die quinto mensis Madij. In domo habitationis mei notarij infrascripti. Presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, iudice Mauro Vidonich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Mateus Bonferdini[1]) de Lach ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... ser Abrucio Cole de Ortona ..... ducatos sexaginta quatuor boni auri ... et solidos quinquaginta paruorum, et hoc pro croco id est çafrano, et prompta pecunia. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori ferrum bonum et bullatum de Vlspergo dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis, videlicet mil-

1) Tako u tekstu uneska »Bonferdini«, a in margine »Bonfredini«.



http://library.foi.hr

liaria septem pro precio... ducatorum tresdecim auri pro
S. 567. (S. 567.) singulo milliario usque ad festum.....

**Pro Mateo Dragulich contra fratrem Fabianum.**

Die XXX mensis Madij. In Terra Fluminis... in domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Mauro Gastaldich, Petro condam iudicis Chirini, testibus... Ibique magister Alegretus de Tragurio, tanquam procurator fratris Fabiani ordinis Minorum de obseruantia, fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Mateo Dragulich libras vigintiseptem et solidos octo paruorum, quas libras... et solidos... dicto fratri Fabiano dare et soluere tenebatur Iacobus Maliuanich, uti constabat cirographo.....

**Bartolomeo Pro Matiucij de Firmo contra Simonem Coxarich.**

Die vltimo mensis Madij. In via ante domum Michaelis cerdonis, presentibus Simeone Maurich, Iohanne Milasinich, testibus... Ibique Simon Coxarich..... fuit contentus et confessus se iuste teneri et dare debere Bartolomeo Matiucij de Firmo..... libras triginta sex paruorum, et hoc pro oleo habito a dicto creditore.....

**Pro Francisco Crabunos contra presbiterum Alexandrum.**

Die quarto mensis Iunij. In domo mei notarij infrascripti, presentibus iudice Mauro Vidonich, Francisco filio meo, testibus... Ibique presbiter Alexander Vidaçich..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Massio ser Cicareli de Ortona..., vice ac nomine Francisci Crabunos de Ortona, libras quindecim paruorum nomine mutui.....

**Pro Grisostomo de Firmo contra Seualich de Cregnino.**

Die sexto mensis Iunij. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Chirino Spinçich, Petro Grimaldich, Martino Iachinçich, ambobus[1]) de Cregnino, testibus... Ibique Andreas Seualich de Cregnino..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Grisostomo Nicolai domini Vanni de Firmo..... ducatos vigintinouem boni auri et iusti ponderis nomine mutui..... hoc addito, quod si dictus debitor prefato creditori in suprascripto termino non soluerit, quod tunc et eo casu dictus debitor prefato creditori dare debeat suas oues, pro precio... solidorum quindecim pro singula usque ad satisfactionem suprascripti debiti in dicta Terra Fluminis usque ad festum....., sub pena librarum centum paruorum, cuius
S. 568. pene medietas deueniat magnifico comiti (S. 568.) Stefano de Frangepanibus, et medietas prefato creditori..... Pro quo quidem Andrea, debitore, nobilis vir iudex Martinus Cotermanich se constituit plegium et fideiussorem.....

---

1) To »ambobus« odnosi se na posljednja dva od tri svjedoka, dok je prvi iz »Castua«.



http://library.foi.hr

**Procura Grisostomi de Firmo in Antonium de Ancona.**

Die XIIIJ mensis Iunij. In Terra Fluminis ... in domo mei notarij infrascripti, presentibus Riçardo del Bene de Florentia, Agnolo ser Iacobi de Pisauro, ambobus mercatoribus in dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique Grisostomus Nicolai domini Vanni de Firmo ..... fecit ... Antonium Iohannis de Ancona ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum ab Antonio sarctore de Iadra, olim habitatore dicte Terre Fluminis, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Procura Chirini Spinçich in Antonium de Ancona.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Chirinus Spinçich de Castua ..... fecit ... Antonium Iohannis de Ancona ... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum ab Antonio sarctore de Iadra, olim habitatore dicte Terre Fluminis, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa ..... Et ad comparendum, si opus fuerit, coram magnifico domino comite Iohanne, et alio quocunque rectore .....

**Procura Moreli de Burgo in Santum, eius famulum.**

Vltrascriptis die (et) loco, presentibus Riçardo del Bene, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Morelus Iacobi de Burgo, ad presens mercator in dicta Terra Fluminis ..... fecit ... Santum de Campiglia, famulum suum ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum ab Antonio sarctore de Iadra, olim habitatore dicte Terre Fluminis, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa ....

**Procura magistri Martini aurificis.**

**S. 569.**

Die XXIIJ mensis Iunij. In pubblica platea Terre Fluminis ...., presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, Georgio Golçich, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Martinus aurifex condam Dominici, ciuis dicte Terre Fluminis ..... fecit ... (S. 569.) Franciscum Baroci, officialem ad iusticiam veterem comunis Venetiarum .... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a ser Forte Miutini de Curçula quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa ..... Et ad comparendum, si opus fuerit, coram quibuscunque dominis ac iudicibus comunis Venetiarum ad agendum ....

**Procura Georgij Rompler.**

Die XXVIIJ mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Nicolao a Rocha, Iohanne de Fantonis, testibus ... Ibique Georgius Rompler de Labaco ..... fecit ... magistrum Alegretum de Tragurio ... suum uerum et legitimum procuratorem ....... presertim ad defendendum et protegendum iura omnia et singula dicti constituentis, et ad respondendum



http://library.foi.hr

Marino Georgij, habitatori Venetiarum, coram regimine dicte Terre Fluminis........

**Pars capta pro debitoribus ecclesie sancte Marie.**

Vltrascriptis die ac loco, per spectabilem virum dominum Andream de Foramine, capitaneum, et consilium capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet, quod quilibet debitor ecclesie sancte Marie teneatur et debeat habere terminum quindecim dierum ad soluendum debitum quod tenetur prefate ecclesie, absque aliquo alio termino, sed quod in dicto termino debeant dare pignera dupli valoris, que debeant incantari absque termino. Qui terminus incipere debeat a die quo querelam ego Antonius de Renno exponam coram regimine dicte Terre Fluminis, sub pena librarum vigintiquinque.

**Procura plebani de Bucharo.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Agabito Diracich, Petro balistario, testibus... Ibique dominus presbiter Sibolus, plebanus Buchari..... fecit... magistrum Alegretum de Tragurio..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum a Vidacio sarctore quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Pro iudice Nicolao contra iudicem Tonsam.**

Die septimo mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Mauro Vidonich, testibus... Ibique iudex Tonsa condam ser Nicole..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... iudici Nicolao Micolich..... ducatos trigintaquinque boni auri et iusti ponderis pro calcullo et saldo omnium suarum rationum. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet.....

**S. 570. Pro Blasuto contra Blasium becharium.**

Die XIJ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis..., presentibus iudice Mateo condam ser Donati, iudice Georgio Ruseuich, testibus... Ibique Blasius becharius condam Georgij de Labaco..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Blasuto condam Petri..... libras octoaginta octo paruorum, et hoc pro resto solutionis vnius domus.....

**Pro Chirino Spinçich contra iudicem Rossum.**

Die XIIIJ mensis Iulij. In statione Grisani, presentibus Blasio bechario condam Georgij de Labaco, Iohanne Tonçich de Castua, testibus... Ibique iudex Vitus condam ser Matchi..... fuit contentus et confesus se iuste teneri... Chirino Spinçich de Castua..... ducatos nonaginta septem cum dimidio in ratione librarum sex pro ducato, et hoc pro remis sexcentis et quinquaginta a galea habitis a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet.....



http://library.foi.hr

**Pro Francisco de Fano contra Mateum Bonferdini, habitatorem Lach.**

Die XV mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis . . ., presentibus Mateo Dragulich, Francisco Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Mateus Bonferdini, habitator Lach . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Francisco Petri de Fano . . . . . ducatos trigintaduos boni auri . . ., et hoc pro libris sexdecim croci habiti a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit quadros siue splagias ferri boni et dulcis de Vlspergo, et vnam sarcinam ferri pro precio . . . ducatorum XIIJ auri pro singulo milliario usque ad . . . . .

**Pro Matcho Vidaç contra Bartolomeum Matiucij.**

Die XV mensis Iulij. In pubblica platea Terre Fluminis . . ., presentibus Mochoro Seualich, Chirino Milçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Gaspari de Labaco, . . . . . vice ac nomine Matchi Vidaç de Labaco, milliaria tria et çabros quatuor olei boni et clari . . . . .

**Pacta iudicis Nicolai et Leonardi Pos.**

Die ac loco suprascriptis, presentibus iudice Mauro Vidonich, Prodano de Pago, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Leonardus Poss de Labaco dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis iudici Nicolao Micolich milliaria viginti ferri boni de Vlspergo pro precio . . . ducatorum duodecim auri cum dimidio, videlicet . . . . . qui iudex Nicolaus dare debet dicto Leonardo in prompta pecunia ducatos centum et

**S. 571.** decem auri . . . . . (S. 571.) . . . . . Pro residuo vero valoris dicte quantitatis ferri prefatus iudex Nicolaus dare et consignare promisit oleum bonum in dicta Terra Fluminis prelibato Leonardo usque ad festum . . . . . pro illo precio quo alij mercatores de Labaco accipient ab alijs mercatoribus dicte Terre Fluminis pro ferro . . . . .

**Pro Francisco de Fano et Gaspare Melçar.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus ser Ieronimo Lipacij de Firmo, Georgio Rompler de Labaco, testibus . . . Ibique Gaspar Melçiar de Labaco dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis Francisco Petri de Fano milliaria trigintaduo ferri boni (et) dulcis de Vlspergo, inter que esse debent milliaria quinque splagiarum et milliaria quinque quadrorum, si autem dare non posset splagias dare debet milliaria decem quadrorum. Cuius quidem quantitatis ferri medietatem dare debet usque ad festum . . . . . pro precio . . . ducatorum duodecim auri in prompta pecunia . . . . . aliam vero medietatem diete quantitatis ferri dare et consignare promisit dictus Gaspar prefato Francisco usque ad festum . . . . . pro precio . . . ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario. Pro qua qui-



http://library.foi.hr

dem medietate prefatus Franciscus dare promisit prelibato Gaspari oleum bonum et mercimoniale pro precio ... ducatorum triginta auri pro singulo milliario usque ad .....

**Pro Iohanne et Cusma de Nouigrado contra Gregorium de Bistriçe.**

Die XVJ mensis Iulij. Ambo iudices sedentes in publica platea Terre Fluminis ..., preceperunt michi notario infrascripto quod scribere deberent qualiter super nundinis sancti Iohannis proxime elapsis Gregorius de Bistriçe querelam exposuit aduersus Iohannem Iuriçich et Cusmam Panadich de Nouigrado quod furati fuissent sibi certam lane quantitatem, qui respondebant quod fecerant forum cum Simaç de Bistriçe, socio dicti Gregorij, tandem quia dictus Gregorius allegabat quod eius socius non fecerat forum pro duobus saccis lane nec ipsi dedit comissionem, prelibati domini iudices dederunt et assignauerunt terminum peremptorium, quod prefatus Gregorius conducere deberet socium suum ... et quod dicti Iohannes et Cusma coram iudicio comparere deberent, et qui non compareret perdebat ius. In quo termino prelibati Iohannes et Cusma comparuerunt coram ipsis iudicibus in termino sibi affixo, absente prescripto Gregorio et contumace.

**Procura Riçardi del Bene.**

Die XVIIJ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis ... presentibus Simone Coxarich, Iohanne Agabitich, testibus ... Ibique ser Riçardus del Bene de Florentia ..... fecit ... ser Franciscum Petri de Fano .... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur tam in dicta Terra Fluminis quam alibi .....

**S. 572. Procura iudicis Iacobi et Francisci de Fano.**

Die XVIIJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Gaspare Antonij de Firmo, Bartolomeo Matiucij de Firmo, mercatoribus in dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique iudex Iacobus Micolich et Franciscus Petri de Fano, ciues dicte Terre Fluminis ..... fecerunt ... Georgium Rompler de Labaco ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Iohanne Tome de Sancto Leonardo quicquid dictis constituentibus siue alteri ipsorum teneretur quacunque ex causa .....

**Procura Gregorij Franchouich.**

Die XX mensis Iulij. In pubblica platea Terre Fluminis ..., presentibus Marco Bello, Iohanne de Fantonis de Florentia, testibus ... Ibique Gregorius Franchouich de Modrussa ..... fecit ... magistrum Alegretum de Tragurio ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti deberetur in dicta Terra Fluminis .....



http://library.foi.hr

**Affictatio domus.**

Die XXJ mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus domino presbitero Iohanne Micolich arcidiacono, iudice Nicolao Micolich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Georgius Andregetich dedit, locauit, et affictauit Massio Çicareli de Ortona .... vnam suam domum, sitam in ciuitate Segne ad Orossariam iuxta domum sancti Petri, et iuxta domum sancti Nicolai, et viam publicam usque ad sex annos proxime futuros ..... his pactis et condicionibus, quod dictus conductor teneatur et debeat soluere singulo anno pro affictu ... dicte domus ducatos octo auri, et possit et valeat dictus conductor super dicto affictu aptare neccessaria(!) dicte domus sine quibus ipsa domus esse non potest .....

**Pro Tomasino de Vegla contra presbiterum Vitum Cersatich.**

Die prescripto. In littore Fluuij, presentibus Iohanne Sandai, Iohanne dicto Iagnaç, testibus ... Ibique presbiter Vitus Cersatich, cum consensu et voluntate Matei et Elene, parentum suorum, dedit et designauit pro pignere Tomasino de Vegla domum suam, sitam in dicta Terra Fluminis, pro debito in quo Antonius, eius frater, tenetur, soluendo secundum tenorem infrascripti instrumenti.

**S. 573. Pro Tomasino contra Antonium Matana.**

Die XXJ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus presbitero Antonio Visignich, Iohanne dicto Iagnaç, testibus ... Ibique Antonius Cersatich dictus Matana ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri .... Tomasino de Vegla ..... ducatos octo auri et solidos quadraginta paruorum ..... Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditori dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit, cum voluntate et consensu parentum suorum et presbiteri Viti, eius fratris, vnam suam muraleam, sitam in dicta Terra Fluminis, vna cum domo quam dicto creditori prefatus presbiter Vitus designauit, hac condicione et pacto quod .....

**Pro Francisco de Fano.**

Die XXVIIJ mensis Iulij. In platea coram ambobus iudicibus Demitrius marinarius designauit pro speciali pignere Francisco Petri de Fano domum suam, in qua habitat, pro ducatis quinque cum dimidio auri, soluendis usque ad .....

**Pro suprascripto.**

Vltrascriptis die ac loco. Coram suprascriptis dominis iudicibus Iacobus Rigouich designauit barcam suam, quam facit aptare in ripa Fluuij, Francisco Petri de Fano pro debito in quo ipsi tenetur. Qui domini iudices preceperunt prefato Iacobo, quod non moueat dictam barcam a loco in quo est quousque dicto Francisco non fuerit integre satisfactum.



http://library.foi.hr

**Pro iudice Iurcho contra Iohannem Lisiça.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Paulo barberio, Toma Mocenigo, testibus .... Ibique Iohannes Lisiça ..... promisit iudici Iurcho, quod ad omnem requisitionem ipsius, ipse deponet traues et omnia lignamina, que sunt super muro qui est inter dictos iudicem Iurchum et prefatum Iohannem quantum pertinet ad propriam domum ipsius Iohannis solum.

**Procura Simonis Feste.**

Die XXX mensis Iulij. In publica platea Terre Fluminis ...., presentibus Iohanne Mateo Santi de Pisauro, Baldasara(!)[1]... Venetijs, mercatoribus in dicta Terra Fluminis, testibus... Ibique Simon Festa ..... fecit... magistrum Alegretum de Tragurio ... suum uerum et legitimum procuratorem .... presertim in omnibus et singulis litibus... que... habet siue habiturus est cum Francisco Barocio, officiali Venetijs, tam in agendo quam in defendendo .....

**S. 574. Pro Gregorio de Cregnino contra Alegretum de Tragurio.**

Die vltimo mensis Iulij. Presentibus Paulo barberio, Iohanne Machagnano, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram ambobus iudicibus magister Alegretus de Tragurio se constituit plegium et fideiussorem Gregorio de Cregnino, pro parte sibi tangente, pro debito in quo dictus Gregorius et Antonius sarctor tenentur Antonio Cauograsso, et similiter, pro parte sibi tangente, pro debito Francisci de Iustinopoli, et hoc ad requisitionem prefati Antonij, et ad preces predicti magistri Antonij.

**Pro Luca Blaseuich contra Betam Bachijnam.**

Die secundo mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Petro sarctore de Allemania, Cipriano Tudrouich, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Beta Bachijna ..... fuit contenta et confessa se iuste teneri... magistro Alegreto de Tragurio, tanquam procuratori Luce Blaseuich, libras decem et nouem et solidos quindecim paruorum nomine mutui. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dicta debitrix prefato creditori, nomine quo supra, per terminos infrascriptos, videlicet ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dicta debitrix eidem obligauit et pro speciali pignere designauit domum, in qua habitat, cum rebus intus positis, hac condicione quod .....

**Procura Cessigne de Castua in Radoiam.**

Die prescripto. In pubblica platea Terre Fluminis..., presentibus Agabito Diracich, Toma Mocenigo, testibus... Ibique Stefanus Cessigna, habens uti retulit ad infrascripta plenum arbitrium ..... fecit... magistrum Alegretum de Tragurio .....[2])

1) Tako u izvorniku ostalo prazno, t.j. to ime nepotpuno napisano.
2) Ta punomoć odnosno taj unesak tako u izvorniku nedovršen.



http://library.foi.hr

**Pro Iohanne Cigantich.**

Die VJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus iudice Stefano Blasinich, Martino Terçich, testibus... Ibique Antonius sarctor condam Benedicti de Esculo fuit contentus quod Iohannes Cigantich complere debeat annum suum in domo, quam ipse habet ad affictum ab abbate sancti Iacobi a Prelucha, et in capite anni soluere teneatur predicto Antonio ducatos tres auri pro affictu, hoc addito......

**Pro Francisco Crabunos contra Paulum Mortatich.**

Die octauo mensis Augusti. In pubblica platea Terre Fluminis..., presentibus Grisano stacionario, Bartolomeo Matiucij de Firmo, testibus... Ibique Paulus Mortatich..... fuit contentus et confessus se iuste teneri.... Francisco Crabunos de Ortona..... libras triginta nouem et solidos quindecim paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore....... Et ad
S. 575. maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor (S. 575.) prefato creditori obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam, sitam in Vicich, hoc pacto et condicione......

**Pars capta pro ortis in Petach.**

Die octauo mensis Augusti. In statione ser Rafaelis spectabilis vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, et consilium Terre Fluminis sancti Viti ordinauerunt, quod omnes et singule seralee ortorum, nuper factorum, in loco dicto Petach, debeant destrui et ammoueri taliter quod terrenum dictorum ortorum remaneat taliter qualiter prius erat antequam dicti orti facti fuissent, mandantes iudici Iurcho, quod die lune proxime futuro hanc ordinationem exequi et adimplere faciat.

**Pro Francisco de Fano contra iudicem Martinum Cotermanich.**

Die XIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus Massio Cichareli de Ortona, Tomasino de Vegla, Iohanne Marnich de dicte Terra Fluminis, testibus... Ibique iudex Martinus Cotermanich de Cregnino dare et consignare promisit in splagia dicte Terre Fluminis iuxta littus Francisco Petri de Fano lignamina infrascripta, videlicet planchonos viginti duos longitudinis, et planchonos vndecim altitudinis, latitudinis et longitudinis secundum morelos et mensuras in manus mei notarij infrascripti depositas. Item trabes sex longitudinis passuum quatuor. Item trabes vndecim longitudinis passuum sex usque ad.... Pro quibus quidem planchonis ac trabibus prefatus Franciscus dare et soluere promisit prefato iudici Martino confestim designatis ipsis lignaminibus libras ducentas et sexaginta quatuor paruorum, hoc modo videlicet...... intelligendo tamen quod dicta lignamina debeant conduci a Bucharico usque ad littus predicte Terre Fluminis paribus sumptibus prelibatorum iudicis Martini et Francisci......



http://library.foi.hr

**Emptio iudicis Nicolai Micolich.**

Die XV mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Antonio Rossouich, Alegreto de Tragurio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Georgius Hohennecker . . . . . . . . dedit, uendidit, et tradidit iudici Nicolao Micolich . . . . . . omnia et singula iura et actiones, reales et personales, tacitas et expressas, que et quas habet siue habere posset tanquam heres ab Intestato domine Barbare, sororis sue, in quarta parte molendini, quam dictus iudex Nicolaus emerat a condam generoso millite domino Iohanne Cichouer, que quarta pars fuit adiu-
S. 576. dicata prefate domine Barbare per (S. 576.) regimen dicte Terre Fluminis, vigore vnius cirographi in Teotonico ydiomate scripti manu prefati condam domini Iohannis, uti patet quadam sententia scripta manu mei notarij infrascripti . . . . . . ad habendum, tenendum, possidendum . . . . . . . . et hoc pro precio et nomine precij ducatorum viginti octo auri . . . . .

**Affictatio domus Precherusich.**

Die XVJ mensis Augusti. Ante portam Terre Fluminis sancti Viti a mari, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Iurcho de Dreuenico, testibus . . . Ibique presbiter Simon Precherusich locauit et affictauit domum suam superius et inferius cum terreno ante et post dictam domum usque ad vnum annum pro libris octo, soluendis pro affictu, Petro condam iudicis Chirini Glauinich.

**Pro iudice Mateo Donadouich contra Tomasinum de Vegla.**

Die prescripto. In publica platea Terre Fluminis . . . presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Damiano condam Matei, testibus . . . Ibique Tomasinus de Vegla fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a iudice Mateo condam ser Donati ducatos quatuordecim auri pro solutione çabrorum quinque olei, et hoc pro parte solutionis vnius sententie arbitrarie, late per ser Dominicum de Fantonis et iudicem Damianum condam Matei, vigore vnius scripture scripte in libro dicti Tomasini manu dicti iudicis Matei.

**Pro comunitate Fluminis contra çupanum Paulum de Bistriçe**

Die XVJ Augusti. In lobia Terre Fluminis . . . . , presentibus Agabito Diraçich, Stefano Moclinouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique çupanus Paulus de Bistreço, gener Suetchi, constituit (se) plegium et fideiussorem pro Gregorio Gregorich de Bistriçe, quod si aliquo tempore aliquis de Flumine habuerit aliquod damnum uel interesse a domino comite Martino siue alio occasione aliquorum de Nouigrado, quod ipsi soluet et reficiet ipsum damnum et interesse.

**Procura Iohannis fachini.**

Die XVJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis . . . . presentibus Iohanne Marnich, Stefano Soriçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Iohannes Passini fachinus, habi-



http://library.foi.hr

tator Iustinopolis ..... fecit ... Iustum Samburich ... suum verum et legitimum procuratorem ...... presertim ad exigendum et recuperandum a Canciano fabro de Lach quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa ...

**Procura Iohannis Sclaui in Alegretum.**

Die XVIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Paulo barberio, Dominico carpentario, testibus ... Ibique Marinus Iohannis Sclauus, habitator Venetiarum ...... fecit ... Alegretum de Tragurio, ciuem dicte Terre Fluminis ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid (S. 577.) dicto constituenti (teneretur) quacunque ex causa tam in dicta Terra Fluminis quam alibi .....

S. 577.

**Pro iudice Iurcho de Grisano contra Tomasinum de Vegla.**

Die XVIIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Iohanne Marnich, Gregorio de Cregnino, testibus ... Ibique Tomasinus de Vegla, tanquam plegius et fideiussor Petri Rodulfini de Massarata ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... iudici Iurcho de Grisano ..... libras centum paruorum pro lignaminibus, habitis per dictum Petrum a dicto creditore .....

**Pro Chirino Spincich contra Marinam postolariçam.**

Die XVIIJ mensis Augusti. In via publica ante domum Agabiti Contouich, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Iurcho de Dreuenico, testibus ... Ibique Marina, uxor Matei cerdonis de Selniça, cum consensu dicti viri sui, fuit contenta et confessa se iuste teneri ... Chirino Spinçich ...... libras octoaginta sex cum dimidio paruorum et hoc pro pellibus habitis a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dicta debitrix prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Procura ser Iohannis de Bochina.**

Die XVIIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Simone Oslich, Martino Terçich, testibus ... Ibique ser Iohannes de Bochina ..... fecit ... Antonium de Monte Albodio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... ad exigendum et recuperandum ab Andrea pilipario dicto Gessa quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Nicolao de Vegla contra Benchum remerium.**

Die prescripto. In lobia, presentibus Barulo Chergnaueçich, Stefano Moclinouich, testibus ... Ibique Benchus de Segna remerius ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... ser Nicolao Vlachouich de Vegla ..... libras viginti paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore .....



http://library.foi.hr

**S. 578. Pro Radoia contra Antonium Chaugrosso.** Die XVIIIJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Prodano de Pago, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Antonius condam Stefani Cauogrosso, habitator Venetiarum, fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a magistro Alegreto condam Marini de Tragurio libras XXVIIIJ et solidos quatuor paruorum, et hoc pro plegiaria, quam fecit dicto creditori pro Antonio sarctore condam Benedicti de Esculo.

**Sequestrus Francisci de Fano.** Die XVIJIJ [1]) mensis Augusti. In pubblica platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Mauro Vidonich, Iohanne Milasinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique coram nobili viro ser Tonsa condam ser Nicole, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Franciscus Petri de Fano asserens et dicens qualiter habere debet a Baldasare Echenperger ducatos sexaginta tres auri uel circa, idcirco sequestrat et interdicit pelles dicti Baldasaris, que sunt in manibus Iohannis Suabi hospitis.

**Preceptum factum pro suprascripto sequestru (!).** Vltrascriptis die (et) loco, presentibus Agabito Contouich, Marco Golçich, testibus . . . Ibique iudex Tonsa condam ser Nicole precepit Iohanni Suabo hospiti, quod pelles Baldasaris Echenperger, que sunt in manibus ipsius Iohannis, non debeat dare alicui persone sine voluntate Francisci Petri de Fano uel eius procuratoris.

**Pacta Georgij Grande et Tonchi et Cosme de Bucharo.** Die ac loco prescriptis, presentibus Georgio Contouich, Adriano de Valprinacio, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Tonchus Ochouich de Bucharo, et Cosmas filius Couanouich de Bucharo . . . . . . promiserunt Georgio Grande, habitatori Venetiarum, quod omnes et singulos arcus, quos facient usque ad festum . . . . . dabunt et designabunt in dicta Terra Fluminis ipsi Georgio pro precio librarum quatuor decim paruorum pro singulo centenario, qui debent esse longitudinis palmarum nouem et grossiciei correspondentis, et nulli alij dabunt, sub pena ducatorum viginti, videlicet decem magnifico comiti Martino, et decem dicto Georgio . . . . .

**Procura cupani Lechsani.** Die XX mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Agabito Diraçich, Paulo barberio, testibus . . . Ibique cupanus Lechsanus de Nerine . . . . . fecit . . . Chirinum Spinçich . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa . . . . .

---

1) Tako na tom mjestu taj broj pisan u izvorniku.



http://library.foi.hr

**Presentatio Iuracij sarctoris.** Die, loco prescriptis ac testibus. Coram ambobus iudicibus comparuit Iuracius sarctor asserens et dicens qualiter vendidit Slamice, habitatori Valprinacij, vnum vas vini pro libris quatuor et solidis tribus ,quod soluere promisit post festum..... quod minime fecit, et quia patronus vini vult ab ipso Iuracio habere denarios, et etiam dubitat quod vinum non deuastetur, idcirco cum licencia prefatorum dominorum iudicum intendit vendere siue vendi facere ipsum vinum, cum reseruatione iurium suorum, quia intendit petere damnum a dicto Slamiça si quod ipsi sequetur.

**S. 579. Presentatio iudicis Mauri.** Die XXJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus iudice Georgio Ruseuich, Mateo barberio, testibus... Ibique coram nobili viro iudice Tonsa condam ser Nicole comparuit iudex Maurus Vidonich asserens et dicens qualiter iam sunt vigintiquinque dies elapsi quibus iudex Stefanus Blasinich interdixit fenum sibi, quod Lucacius seccauit super territorijs suis in Goriça, ideo se presentat protestans de iuribus suis, eo quod prefatus iudex Stefanus se non presentauit secundum ordines dicte Terre Fluminis.

**Procura Bindi.** Die XXV to mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus Mateo barberio, Iohanne Cigantich, testibus... Ibique Bindus Michaelis de Arimino..... ordinauit Iohannem de Fantonis de Florentia..... suum verum et legitimum procuratorem..... ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Contradictio Martini Satanni.** Die XXVJ mensis Augusti. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus Vito Mateieuich, Teodoro condam Dominici, testibus... Ibique coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, comparuit Martinus Terçich dicens et asserens qualiter interdicit michi Antonio notario infrascripto, quod non debeam facere discutere nuces in Chenesi Dol, quia pretendit habere ius in eis.

**Procura domine Malgarite vicariçe.** Die XXVIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis.... in domo habitationis infrascripte constituentis, presentibus Francisco Petri de Fano, Marco Cersatich, Georgio Golçich, ambobus de dicta Terra Fluminis, testibus... Ibique nobilis domina Malgarita, uxor condam generosi millitis domini Nicolai de Barnis de Sancto Seuerino..... fecit... Georgium Contouich..... suum uerum et legitimum procuratorem.... presertim ad interdicendum et sequestrandum in manibus probi viri Antonij Iacobi Marcelini de Ancona et apud eum octo pecias panni Florentini diuersorum colorum, qui fuerunt prefati condam domini Nicolai.....



http://library.foi.hr

**(Procura Marci Cersatich).** Die XXVIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Francisco Petri de Fano, Paulo barberio, testibus . . . Ibique Marcus Cersatich . . . . . fecit . . . Teodorum condam Dominici . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . ad exigendum et recuperandum a Nicolao de Candia, ciue dicte Terre Fluminis, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.

**S. 580. Pro Sigismundo Çichouer.** Die primo mensis Septembris. In curia Martini aurificis, presentibus Mochoro Seualich, Petro Lausich, testibus . . . Ibique Ambrosius Dolinich fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a nobili viro Sigismundo Cichouer libras trigintaduas paruorum, quas dicto Ambrosio dare tenebatur generosus olim milles dominus Iohannes Cichouer.

**Procura Nicolai de Candia.** Die XIJ mensis Septembris. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus presbitero Alexandro, magistro Mateo barbitonsore, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Nicolaus Iohannis de Candia . . . . . fecit . . . magistrum Georgium sarctorem . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum a Marco Cersatich et alia quacunque persona quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa . . . . .

**Comparitio Francisci de Fano.** Die XV mensis Septembris. In platea iudex Tonsa precepit michi, quod scribere deberem qualiter . . . . . Franciscus Petri de Fano comparuit coram ipso asserens se clausisse oleum, et ipsum nolle vendere usque ad dies octo quia illud intendit vendere in cariori foro.

**Presentatio. Grisani.** Die ac loco prescriptis. Coram suprascripto domino iudice Grisanus stacionarius se presentauit dicens, quod elapsis octo diebus intendit ponere oleum pro maiori precio ut moris est.

**Pro iudice Mateo Donadouich contra Laurentium Spincich.** Die XVIJ mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus presbitero Antonio Vissignich, Petro Glauinich, testibus . . . Ibique Laurentius Spinçich fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a iudice Mateo condam ser Donati libras ducentas et decem paruorum pro parte solutionis librarum ducentarum et viginti trium, quas prefatus iudex Mateus dare debebat Blasio bechario, uti constat instrumento scripto manu mei notarij infrascripti . . . . .

**Protestus Marci Bunto.** Die prescripto. In statione Georgij Rompler, presentibus Mateo barberio, Iohanne de Fantonis, testibus . . . Ibique coram iudice Iurcho comparuit Marcus Bunto asserens et dicens qualiter



http://library.foi.hr

Franciscus faber non vult accipere vinum ab ipso prout tenetur, idcirco protestatur pro singulo modio vini de libris tribus, et damnis atque expensis secutis et secuturis.

**Presentatio Iusti.**

Die prescripto. Iudex Tonsa dedit licentiam Iusto Samburich, quod vendat oleum pro maiori precio eo quod aliquibus diebus elapsis coram ipso comparuerit asserens se non habere oleum ad vendendum prout moris est.

**Pro Catarina contra dominum plebanum.**

Die XVIJ mensis Septembris. In Terra Fluminis .... in domo infrascripti plebani, presentibus domino presbitero Iohanne arcidiacono, presbitero Alexandro, Iuracio sarctore, Chirino Milçich, testibus ... Ibique venerabilis vir dominus presbiter Gaspar, plebanus dicte Terre Fluminis, nomine pure, libere, simplicis, et irreuocabilis donationis, que nullo modo possit nec valeat reuocari ...... dedit, tradidit atque donauit Catarine, famule sue, libras ducentas paruorum, et omnes et singulas vestes dicte Catarine tam de lino quam de lana, capitergia, facitergia, manutergia, et linteamina, que sunt apud eam, et etiam aliquas massaricias, quas libras ducentas dare et soluere promisit dicte Catarine usque ad quatuor annos proxime futuros, videlicet ..... promisitque dicte Catarine, quod ipso viuente plebano vult, quod dicta Catarina possit et valeat habitare in domo, in qua ad presens habitat, absque solutione alicuius affictus .....

**S. 581. Pro Grisostomo contra iudicem Damianum.**

Die XVIIJ mensis Septembris. In platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Mateo condam ser Donati, testibus ... Ibique iudex Damianus condam Matei obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam inferiorem, sitam in Senichoui pro libris vigintiquinque paruorum Grisostomo condam domini Nicolai de Firmo, quas ipsis Grisostomo dare debet uti constat quadam sententia scripta manu mei notarij infrascripti ...., quas quidem libras XXV dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Procura Rafaelis de Fossambruno.**

Die XX mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus presbitero Antonio Vissignich, presbitero Dominico Tudrouich, Agabito Diraçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Rafael condam Francisci de Fossambruno, ciuis dicte Terre Fluminis ..... fecit ... Gregurium, filium suum ...... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Palmerio de Besti quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....



http://library.foi.hr

**Emptio iudicis Iacobi Micolich.**

Die ac loco prescriptis, presentibus Agabito Diraçich, Simone de Dreuenico, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus.... Ibique Leonardus, gener Matchi Vidaç de Labaco vendidit iudici Iacobo Micolich.... quadragintaocto fassios ferri, qui sunt in domo Iagnac, pro precijs infrascriptis, videlicet quod pro quantitate ferri pro qua dictus Leonardus debet accipere octo sarcinas olei pro precio et foro quo vendatur oleum per alijs mercatoribus in festo... ducatos duodecim cum dimidio dare debeat pro modio, et pro quantitate ferri pro qua dare debent(!) promptam pecuniam dare debeat ducatos duodecim auri. Qui Leonardus fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a dicto iudice Iacobo ducatos sexaginta auri in prompta pecunia pro parte solutionis dicte quantitatis ferri.

**Pro Blasutho contra presbiterum Vitum Cersatich.**

Die XXIJ mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis..., presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Mateo condam ser Donati, testibus... Ibique presbiter Vitus Cersatich..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Blasuto condam Petri..... libras quadragintaocto paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore.....

**S. 582. Pro iudice Nicolao et Clemene**

Die XXIJ mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis.... presentibus Blasutho condam Petri, Martino cerdone de Labaco, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Clemen, gener Vorici piliparij de Labaco dare et consignare promisit iudici Nicolao Micolich... milliaria viginti ferri, illius sortis cuius est ferrum quod nunc habet in dicta Terra Fluminis, usque ad..... Et quod pro parte dicte quantitatis ferri dictus iudex Nicolaus dare debet in prompta pecunia ducatos centum auri..... Pro quibus quidem ducatis centum dare debet dicto iudici Nicolao ferrum pro precio ducatorum vndecim auri pro milliario, et pro residuo dicte quantitatis ferri dare debet oleum dicto Clemeni in dicta Terra Fluminis siue Tergesti pro illo precio quo vendet alijs mercatoribus, et accipere ferrum pro ducatis duodecim auri pro modio. Et si dictus iudex Nicolaus non habebit oleum, dare debeat pro(m)ptam pecuniam, et soluere ferrum pro ducatis vndecim auri......

**Locatio Agnie Labutoue.**

Die XXVIIIJ mensis Septembris. In domo infrascripte Agnie, presentibus Blasutho condam Petri, Ambrosio Dolinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Agnia Labutoua dedit et locauit ad laborandum Blasio de Berberio suam vineam in Cele, his pactis et condicionibus, quod dictus Blasius teneatur et debeat dictam vineam bene et diligenter laborare secundum constuetudinem dicte Terre Fluminis, et dicta Agnia habere debeat medietatem vsufructuum vue usque ad decem annos, et quod dictus Blasius debeat usque ad decem



http://library.foi.hr

annos, quos tenere debet dictam vineam, inpastinare viginti brauos vinee super territorio dicte Agnie, et ipsum pastinum laborare et usufructuare usque ad dictos decem annos, et in fine decem annorum dictus Blasius habere debeat medietatem dicti pastini, et de ipsa medietate suam valeat facere amnimodam voluntatem .....

**Procura capitanei Castue.**

Die septimo mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus ser Nicolao Micolich, Bartolo Bachinich, ambobus de Flumine, Nicolao Tomasini de Vegla, testibus ... Ibique nobilis vir Anricus Gaimano, capitaneus Castue ...... fecit ... Franciscum Baroci de .....[1]), habitatorem Venetiarum ...... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad comparendum coram Serenissima dominatione Venetiarum, et quibuslibet officialibus eius, ad agendum, petendum, defendendum, respondendum .....

**Procura Marini de Venetijs. in Georgium, eius patrem.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Luca Oslich, Iohanne Milasinich, testibus ... Ibique Marinus Georgij, habitator Venetiarum ..... fecit ... Georgium, patrem suum, ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Georgio Rompler quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**S. 583. Finis pro domino plebano.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Damiano condam Matei, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Caldana de Vegla fecit finem, dimissionem, quietationem ..... de omni et singulo debito, re, iure, et actione, ad que quomodocunque dominus presbiter Gaspar Cresolich, plebanus dicte Terre Fluminis, ipsi teneretur, et hoc eo quod dictus Tomasini(!) Nicolaus(!) fuit contentus ... sibi integre solutum et satisfactum fuisse a dicto domino presbitero Gaspare, plebano .....

**Procura Chirini Spinçich.**

Die octauo mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis ... presentibus Rafaele de Fossambruno, Georgio dicto Vlatcho, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Chirinus Spinçich, ciuis dicte Terre Fluminis ..... fecit ... Franciscum, filium mei Antonij notarij infrascripti, ..... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Laurentio condam Pauli de Crupa, habitatore Albone, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

1) U izvorniku iza »de« ostalo prazno odnosno nije ime sasvim napisano.



http://library.foi.hr

**Pro Veneciano.**

Die prescripto. In statione Rafaelis de Fossambruno coram domino capitaneo et consilio Elisabeth, uxor condam iudicis Stefani Ruseuich, designauit pro pignere Veneciano de Cregnino ortum iuxta Fossam dicte Terre Fluminis eundo ad Fluuium pro libris nouem et solidis sexdecim.

**Procura iudicis Nicolai et Iacobi, fratrum.**

Die X⁰ mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus ser Mauro Vidonich, ser Mateo condam ser Donati, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique ser Nicolaus Antonij et ser Iacobus, eius frater . . . ordinauerunt Antonium condam Santi, paterna de Pisauro , . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum a Lodouico Montagna de Verona quicquid dictis constituentibus dare teneretur quacunque ex causa . . . . .

**Procura ser Bartolomei de Parentio.**

Die XV mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis . . , presentibus Simeone Maurich, Paulo barberio, testibus . . . Ibique ser Bartolomeus de Tridento, ciuis Parentij . . . . . ordinauit Benchum remerium de Segna . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum a Stefano Mortath quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa . . . . .

**S. 584. Pro priore sancti Augustini contra Passinam.**

Die XVIIJ mensis Octobris. In Terra Fluminis . . . , in curia domus infrascripte Passine, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Francisco Petri de Fano, Gaspare Antonij Ade de Firmo, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique domina Passina, uxor Georgij Rompler de Labaco dixit, asseruit, et confessa fuit qualiter ipsa Passina . . . . . presentibus testibus generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, Gabriele Lapacij de Firmo, Rafaele de Fossambruno, cum voluntate et consensu dicti viri sui . . . . . sponte, libere . . . tanquam plegia et fideiutrix dicti viri sui, fuit contenta et confessa se iuste teneri . . . venerabili viro fratri Alberto, priori monasterij sancti Augustini dicte Terre Fluminis, ducatos centum et sexaginta boni auri et iusti ponderis, quos quidem ducatos ipsa debitrix dare et soluere promisit prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet . . . . . Ed a maiorem cautellam dicti creditoris dicta debitrix eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam domum in qua habitat, et vineam suam in Vicich, cum omnibus iuribus et pertinentijs suis.

**Pro indice Rosso contra priorem.**

Die XXIIJ mensis Octobris. In statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo Terre Fluminis, venerabili viro domino presbitero Iohanne Micolich arcidiacono, domino presbitero Gaspare ple-



http://library.foi.hr

bano, iudice Mauro Vidonich, iudice Vito Barulich, iudice Nicolao Micolich, testibus... Ibique iudex Vitus condam ser Matchi, presente domino fratre Alberto priore, depositauit apud iudicem Iacobum Micholich marchas centum denariorum, quas quidem iudex Vitus dare et depositare promiserat apud Valentinum Iurlonouich, secundum ordinem et voluntatem fratris Marci, tunc prioris, et aliorum conuentualium monasterij sancti Augustini, uti patet instrumento....., quas marchas centum prefatus iudex Iacobus fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a dicto iudice Vito, presentibus testibus suprascriptis.

**Pro Grisano stacionario contra Laurum de Calamota**

Die XXIIIJ mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Agabito Diraçich, Grisano Tochouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus.... Ibique Laurentius Alegreti de Calamota..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Grisano condam iudicis Martini..... libras centum et decem et octo paruorum nomine mutui.... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit..... muraleam, que fuit Iacobi Maliuanich.

**Pro Demitrio marinario contra Antonium de Parentio.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Nicolao Francisci a Rocha, Dominico de Luna de Parentio, testibus... Ibique Antonius Petri de Parentio fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Demitrio Georgij, ciue dicte Terre Fluminis, ducatos quatuor boni auri... Quos quidem ducatos quatuor dictus Demitrius soluit pro vna plegiaria uel fideiussione, quam fecit suprascripto Antonio pro Bartolo, fratre Elene Babichieue de Grobinico.

**Pro Antonio de Parentio contra Demitrium. S. 585.**

Vltrascriptis die ac loco ac testibus. Antonius Petri de Parentio nauliçauit Demitrium Georgij cum suo burchiono(!), his pactis et condicionibus, quod dictus Demitrius honerare debeat et caricare (S. 585) omnia et singula lignamina diuersarum manererum(!) in bono cuncio in dicto burchiono super splagia dicte Terre Fluminis, et ipsa conducere Parentium, et exonerare facto primo viagnio. Pro quo quidem carico dictus Antonius dare et soluere debet dicto Demitrio ducatos tresdecim auri. Qui quidem Demitrius fuit contentus... se habuisse... a dicto Antonio ducatos quatuor nomine mutui.....

**Procura Antonij de Parentio.**

Die XXVIIJ mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Nicolao Francisci a Rocha, Blasio Peçich, testibus... Ibique Antonius Petri de Parentio..... fecit... Iustum Samburich..... suum verum et legitimum procuratorem..... Presertim ad exigendum et recuperandum ab Elena Babichieua quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....



http://library.foi.hr

**Pro Chirino Spinçich contra Georgium Soidich.**

Die XXVIIIJ mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Paulo barberio, Simone de Dreuenico, testibus... Ibique Chirinus Spinçich dedit, tradidit, et locauit ad socedam Georgio Soidich de Castua animalia bellatina magna viginti duo et parua nouem, et vaccas octo, et vitulos sex, et vnum bouem, et duos iuuencos, his pactis et condicionibus, quod dictus Georgius possit et valeat tenere dicta animalia usque quo tenuerit terrena que dictus Chirinus emit a prefato Georgio, et que dicto Georgio et Ambrosio, eius filio, affictauit ad laborandum... Et quandocunque prefatus Georgius siue filius eius restituere voluerint prefata animalia, quod dictus Chirinus primo habere debeat tot et tanta animalia quod et quanta predicto Georgio dedit ad socedam. Residuum animalium diuidi debeat inter ipsos paribus portionibus. Et si aliquod prescriptorum animalium deficeret, quod de redditibus ipsorum animalium aliud poni debeat loco illius qui deficeret.....

**Protestus Chirini Spinçich.**

Vltrascripto die. In platea Terre Fluminis..., presentibus iudice Stefano Blasinich, Agabito Diraçich, Teodoro condam Dominici, testibus... Ibique Chirinus Spinçich de Castua protestatus fuit de ducatis XVJ auri aduersus Paulum Vrbanich de Bucharo pro duobus bobus, quos dictus Paulus accepit contra omne iuris debitum, et quos duos boues dictus Chirinus emit a ser Iohanne, capitaneo Cersati.

**Procura Bartolomei Matiucij de Firmo.**

Die XXX mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Iohanne Lisiçich, Marco Bello, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo..... fecit... presbiterum Alexandrum Vidaçich.... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum a Simone Coxarich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

S. 586.

**Pro Bartolomeo Matiucij contra presbiterum Alexandrum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique presbiter Alexander Vidaçich..... fuit contentus.... se iuste teneri... Bartolomeo Matuicij de Firmo..... libras quadraginta octo paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium suarum rationum.....

**Comparitio Iusti Samburich.**

Die prescripto. Coram iudice Tonsa comparuit Iustus Samburich asserens se velle claudere oleum eo quod intendit illud vendere in maiori precio elapsis octo diebus.

**Comparitio Francisci et Petri Pauli.**

Eadem die similiter comparuit Franciscus Petri de Fano. Comparuit etiam Petrus Paulus...[1])

1) Tako u izvorniku taj unesak nedovršen, ali bi bio sigurno istog sadržaja kao prethodni.



http://library.foi.hr

Pro Francisco de Fano contra Franciscum fabrum.

Die tercio mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis..., presentibus presbitero Dominico Tudrouich, Ambrosio Dolinich, testibus... Ibique Franciscus faber..... fuit contentus... se iuste teneri... Francisco Petri de Fano..... libras viginti et solidos octo paruorum pro calibe. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum.....

Procura Bartolomei de Firmo in presbiterum Alexandrum.

Die X mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Alegreto de Tragurio, Alberto Dietrisich, testibus... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo..... fecit... presbiterum Allexandrum Vidaçich..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum a Simone Coxarich libras viginti quatuor.....

Locatio vinee et terreni Clare Corteladine.

Die X mensis Nouembris. In domo habitationis domini presbiteri Gasparis, plebani, presentibus presbitero Vito Cersatich, Crestolo Silçich, testibus... Ibique Marcus Cortelada, cum voluntate Clare, uxoris sue, fecit tale pactum et conuentionem cum Stefano Cernolich, videlicet quod dictus Stefanus Cernolich debeat bene et diligenter laborare vineam dicte Clare, uxoris sue, site(!) in Rastocine, et in ipsa facere prouennas quamplures poterit usque ad decem annos, et habere omnes et singulas vsufructus predicte vinee usque ad dictum terminum, et quod dictus Stefanus debeat inpastinare totum terrenum iuxta dictam vineam usque ad octo annos, et habere debeat omnes et singulos vsufructus dicti pastini, et in fine dictorum octo annorum dictum terrenum pastinatum debeat equalibus portionibus diuidi inter ipsos, et quod dictus Marcus dare debeat prefato Stefano pro adiutorio quatuor starios frumenti, videlicet hac yeme duos, et yeme futura duos, et singula yeme usque ad decem annos duos laboratore, et si vna yeme daret plures laboratores, debeant diffalcari in alijs yemibus.....

Pro priore sancti Augustini de Firmo contra Albertum Sperançich et Blasium Emerisich.

S. 587.

Die XJ mensis Nouembris. In statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus PetroIohanne Grisostomi, PetroTomasio Lodouici, ambobus de Firmo, Chirino Spinçich, ciue dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique nobilis vir Albertus Sperançich et Blasius Emerisich, ambo habitatores Cregnini, dare et consignare promiserunt venerabili viro fratri Bertoldo, priori monasterij sancti Augustini de Firmo, siue eius nuncio Bucharici infrascripta lignamina pro precijs infrascriptis, videlicet (S. 587.) planchonos vigintiduos altitudinis, latitudinis, et longitudinis secundum morelum depositatum apud me notarium infrascriptum pro precio et nomine precij ducati vnius



http://library.foi.hr

auri pro singulo planchono. Item planchonos vndecim altitudinis, longitudinis, et latitudinis secundum morelum, qui est in manibus mei notarij infrascripti, pro precio et nomine precij solidorum quinquaginta pro singulo planchono. Item planchonos sex bonos longitudinis passuum quatuor, latitudinis et altitudinis longitudini correspondentium pro precio et nomine precij librarum quatuor paruorum pro singulo planchono. Que quidem lignamina dare ... promiserunt usque ad festum ...... Promittentes vna pars alteri ad inuicem omnia et singula suprascripta ... obseruare, attendere, et adimplere, sub pena ducatorum qui quaginta, cuius pene medietas sit et esse debeat magnifici *comitis Stefani de Frangepanibus,* et altera medietas partis obseruantis .....

**Pro fratre Bertoldo contra Albertum Speranç(ich) et Emerisich**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Nobilis vir Albertus Speran-çich et Blasius Emerisich fuerunt contenti et confessi se habuisse ac recepisse a prescripto fratre Bertoldo, priore, ducatos decem auri pro ara et parte solutionis suprascriptorum lignaminum .....

**Procura Bartolomei Matiucij de Firmo in ser Anculinum.**

Die XIIIJ mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Iurcho de Dreuenico, Ambrosio Dolinich, PetroPaulo Dominici de Firmo, testibus ... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo ..... fecit .... ser Ançulinum Bonfiolo ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur per totam prouinciam Sclauonie ......

**Pro Chirino Spinçich contra Andream Iançich.**

Die XV mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Paulo barberio, Cipriano Tudrouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Andreas Iançich de Grobinico ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Chirino Spincich ..... libras quadraginta paruorum, et hoc pro duobus bobus, quos a dicto Chirino emit Iacobus Tolinich. Quam quidem pecunie quantitate (!) dare et soluere promisit dictus Andreas prefato Chirino usque ad festum ....., sub pena librarum quinquaginta, cuius pene medietas deueniat magnifico *comiti Stefano de Frangepanibus,* et altera medietas predicto Chirino .....

**S. 588. Pro Iançich de Grobinico contra Iacobum Tolinich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iacobus Tolinich de Grobinico promisit seruare indemnem Andream Iançich pro fideiussione, quam fecit pro ipso Chirino Spinçich. Et ad eius cautellam dictus Iacobus dicto Andree obligauit et pro ... pignere designauit duos boues, quos emit a dicto Chirino, et alios suos duos boues, quos vult quod nullus possit tangere quousque Chirino prefato non fuerit integre satisfactum .....



http://library.foi.hr

**Procura Grisostomi de Firmo.**

Die XVIJ mensis Nouembris. In platea Terre Fluminis..., presentibus Rafaele de Fosambruno, Iohanne dicto Iagnaç, testibus... Ibique Grisostomus condam domini Nicolai de Firmo..... ordinauit Albertum Dietrisich..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa in partibus Sclauonie.....

**Pro Bartolomeo Matiucij contra Mateum Iouer.**

Vltrascriptis die (et) loco, presentibus presbitero Alexandro, Toma Mocenigo, testibus... Ibique Mateus Iouer..... fuit contentus..... se iuste teneri... Bartolomeo Matiucij de Firmo..... libras decem et septem paruorum, partim nomine mutui et partim pro frumento......

**Procura Iurchi de Grisane.**

Die XXJ mensis Nouembris. In publica platea Terre Fluminis..., presentibus Agabito Diraçich, Georgio eius fratre, Blasio Peçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique ser Georgius de Grisanne..... fecit... ser Mateum condam ser Donati, ciuem dicte Terre Fluminis...... suum uerum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum a magistro Çanino ser Antonij habitatore Ancone quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**contra Babichieuam. Nicolao Pro iudice Micolich S. 589.**

Die XXIJ mensis Nouembris. In platea Terre Fluminis...., presentibus iudice Mauro Vidonich, Ambrosio Radolich, testibus... Ibique Elena Babichieua..... fuit contenta et confessa se iuste teneri.... iudici Nicolao Micolich..... libras trecentas et tres paruorum, et hoc pro centum et vno (S. 589), modijs vini habitis a dicto creditore.....

**Pro Francisco Cicharelli de Ortona contra Iohannem de Ancona.**

Vniuersis et singulis ad quos presentes aduenerint notum facinus nos Andreas de Foramine, capitaneus, iudices, et consilium Terre Fluminis.... qualiter ad requisitionem Simonis de Ortona, nuncij... Francisci Çichareli de Ortona, gustare fecimus per personas fidedignas duodecim vassa vini circulata inter magna et parua, quam quidem vini quantitatem idem Simon, nuncius ut supra, conduxit ad dictam Terram Fluminis, ut ipsam designaret Iohanni Margareli de Ancona..., secundum tenorem cirografi, facti inter dictos Franciscum et Iohannem, qui debet esse in manibus prefati Iohannis, que quidem vini quantitas ac totum ipsum vinum relatu gustantium nec est accetosum neque mufosum neque limphatum aut versiatum, que quidem vini vassa duodecim idem Simon nuncius... considerans quod prescriptus Iohannes non est in dicta Terra Fluminis ibidem exonerauit, et ipsa incanipauit dicens quod protestatur de omni damno, interesse, et expensis, que



http://library.foi.hr

in futurum sequentur et occurrent. In quorum fidem .... Datum in dicta Terra Fluminis die XXVto mensis Nouembris anno domini 1455, indictione tercia.

**Emptio Gasparis Antonij de Firmo.**

Die XXV mensis Nouembris. In Terra Fluminis ... in statione Francisci Petri de Fano, presentibus ipso Francisco, Georgio Rompler, Iohanne dicto Iagnac, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus .... Ibique Gaspar Melçar de Labaco vendidit Gaspari Antonij de Firmo milliaria sexdecim ferri boni, talis bonitatis qualis dedit predicto Francisco nunc pro precio ... ducatorum duodecim auri pro singulo milliario .....

**Emptio Gasparis de Labaco.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Gaspar Antonij de Firmo vendidit Gaspari Melçar de Labaco milliaria sex olei clari et mercimonialis pro precio ... ducatorum quadraginta auri. Pro qua quidem olei quantitate dictus emptor prefato venditori ferrum bonum, talis bonitatis qualis fuit ferrum quod nunc dedit prefato Francisco, dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis pro precio ... ducatorum tresdecim auri pro singulo milliario usque ad festum .....

**Procura Pauli Negro.**

Vltrascripto die, presentibus magistro Alegreto de Tragurio, Antonio de Monte Albodio, Barulo Chergnaueçich, habitatore dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Paulus Georgij Negro de Venetijs ..... fecit ... nobilem virum Franciscum condam domini Nicolai de Barnis ..... summ verum et legitimum procuratorem ..... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, contorouersijs ..., que et quas habet siue habere posset cum ser Iohanne Francigena, capitaneo Cersati quomodocunque, *et ad comparendum,* si opus fuerit, *coram magnifico domino comite Martino de Frangepanibus* ac alio quo-
**S. 590.** cunque dominio (S. 590.), rectore ac iudice ad agendum, petendum .....

**Procura Pausi de Otocacio.**

Die primo mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Damiano condam Matei, Georgio Contouich, testibus ... Ibique Paulus becharius dictus Paus de Otocacio ..... fecit ... Iohannem dictum Iagnac ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Chirino Spinçich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa ......

**Pro Andregetich contra Bachinich.**

Die secundo mensis Nouembris.[1]) In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Mauro Vidonich, Grisano condam iudicis Martini, Gregorio Gluchin, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Bachinich et Christoforus, eius fra-

1) To »Nouembris« u slijedu isprava datiranih s »Decembris« sigurno griješkom.



http://library.foi.hr

ter ..... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri ... Georgio Andregetich et Gaspari, fratribus ..... ducatos quinquaginta octo boni auri et iusti ponderis, quos dicti debitores habuerunt mutuo a patre predictorum creditorum .....

**Pacta Chirini Spinçich et Gregorij de Grobinico.**

Die tercio mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Martino Satanni, Cipriano Fariçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Chirinus Spinçich ....... et Gregorius Nouachouich de Grobinico fecerunt simul pactum et conuentionem, quod quandocunque prefatus Gregorius uel eius descendentes dabunt predicto Chirino ..... libras centum, quod ipsi Chirinus uel heredes restituent ... pastinum, quem dictus Chirinus emit a predicto Gregorio, quem pastinum dictus Gregorius possit tenere ad laborandum ad medietatem quousque ipsum pastinum bene laborabit prout decet ......

**Pro Chirino Spinçich contra Gregorium de Grobinico.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Gregorius Nouachouich promisit Chirino Spinçich, quod si ipse uel eius descendente(s) aliquo tempore rediment a dicto Chirino siue eius descendentibus pastinum, quem dictus Chirinus ab ipso emit pro libris centum, quod ipse Gregorius est contentus et vult, quod nec ipse Gregorius nec sui heredes possint aut valeant dictum pastinum alicui vendere aut allienare nisi prefato Chirino aut eius descendentibus dumtaxat ipse Chirinus siue eius descendentes prefatum pastinum emere siue habere vellent.

**Pro Donato contra presbiterum Antonium Vissignich et presbiterum Vitum Scholich. S. 591**

Die XJ mensis Decembris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, presbitero Dominico Tudrouich, testibus ... Ibique presbiter Antonius Vissignich et presbiter Vitus Scholich ..... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri (S. 591.) ... Donato, filio iudicis Matei Donadouich ducatos duodecim boni auri ....... et hoc pro libris sex croci, habitis a dicto creditore .....

**S. 592. Procura iudicis Nicolai et Iacobi Micolich, fratrum.**

...... Anno Natiuitatis ... MCCCCLVJ, indictione quarta, die secundo mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Gaspare Andregetich, Simone Pilar, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Nicolaus Antonij et Iacobus, eius frater, ciues dicte Terre Fluminis, ..... fecerunt ... ser Ieronimum Iohannis de Monte Bello et ser Iacobum condam Simonis de Terentijs de Pisauro, simul et quemlibet eorum in solidum ..... suos ueros et legitimos procuratores ...... presertim ad exigendum et recuperandum a PetroAntonio et domino Nicolao, fratribus et filijs condam Andree Antonij a Lancis de Fano quicquid dictis constituentibus siue alteri ipsorum quomodocunque tenerentur siue dare deberent .....



http://library.foi.hr

**Procura Nicolai Cole de Firmo.**

Die quarto mensis Ianuarij. In platea Terre Fluminis .... presentibus Nicolao Francisci a Rocha, Iusto Samburich, testibus ... Ibique Nicolaus Cole de Firmo, suo nomine et tanquam rerum gestor ser Iacobi Pacharoni de Firmo, .... fecit ... PetrumPaulum Dominici de Firmo ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur, nominibus quibus supra, quomodocunque .....

**Protestus presbiteri Matei.**

**(S. 593.)**

Die tercio[1]) mensis Ianuarij. In Barbachano Terre Fluminis ..., presentibus testibus domino capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis, comparuit coram venerabilibus viris domino presbitero Iohanne Micolich, arcidiacono, (S. 593.) et domino presbitero Gaspare, plebano, comparuit (!) Paulus barbitonsor, tanquam aduocatus presbiteri Matei, filij sui, asserens et dicens qualiter presbiteri Antonius, Vitus, et Alexander accusauerunt false reuerendo domino episcopo Polensi dictum presbiterum Mateum, quapropter oportet quod vadat Polam ad se excusandum, idcirco protestatus fuit contra prefatos presbiteros Antonium, Vitum, et Alexandrum, presentes, pro verecundia et damno prelibati presbiteri Matei de ducatis centum auri, et de expensis secutis et secuturis.

**Protestus capituli.**

Die prescripto. Sub arbore ante macellum Terre Fluminis ..., presentibus Teodoro condam Dominici, Ambrosio Dolinich, Paulo barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram venerabili viro domino presbitero Iohanne Micolich, arcidiacono et vicario reverendi domini episcopi Polensi comparuit presbiter Iohannes Susselich, tanquam camerarius capituli, presentibus domino presbitero Gaspare, plebano, ac alija canonicis, asserens et dicens qualiter presbiteri Antonius Vissignich, Vitus Scholich, et Alexander exposuerunt siue deposuerunt Pole his diebus coram reverendo domino episcopo Polensi nonnulla contra honorem, vtilitatem, et bonum statum capituli predicti, quamobrem quamplures canonici intendunt ire Polam, idcirco ipse presbiter Iohannes, nomine quo supra, protestatus fuit contra prefatos presbiteros Antonium, Vitum, et Alexandrum de ducatis ducentis auri pro verecundia, damno, interesse, et expensis pretacti capituli.

**Comparitio Filipi Bradas et Petri Pauli.**

Die octauo mensis Ianuarij. Filipus stacionarius in platea Terre Fluminis ... comparuit coram iudice Mauro Vidonich asserens qualiter clausit oleum eo quod intendit, elapsis octo diebus proxime futuris, vendere illud in cariori foro. Die XIJ comparuit PetrusPaulus.

---

1) Taj unesak datiran »tercio mensis Ianuarij« iza »quarto mensis Ianuarij«. Sigurno je naknadno napisan na kraju stranice izvornika.



http://library.foi.hr

**Pro ser Ançulino contra Bartolomeum Matiucij de Firmo.**

Die XIIJ mensis Ianuarij. In Terra Fluminis ... in domo habitationis infrascripti creditoris, presentibus Rafaele Francisci de Fossambruno, Grisano condam iudicis Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo sponte, libere ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... ser Ançulino Bonfiolo de Florentia ..... ducatos centum et quinquaginta boni auri et iusti ponderis nomine mutui .....

**Comparitio Iohannis de Appullia.**

Die XVIJ mensis Ianuarij. Coram iudice Mauro comparuit Iohannes de Sancto Seuero de Appullia asserens qualiter clausit oleum eo quod intendit, elapsis octo diebus ut moris est, ipsum vendere in cariori foro.

**Pro Iohanne de Fantonis contra Teodorum.**

Die XXIIIJ mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Chirino Spinçich, Iacobo Cigantich, testibus. Ibique Teodorus condam Dominici ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Iohanni de Fantonis de Florentia libras triginta septem et solidum vnum, quos dare tenetur ser Dominico de Fantonis .....

**S. 594. Pro Chirino Spincich contra Mateum cerdonem, et eius vxorem.**

Die XXVJ mensis Ianuarij. In domo habitationis infrascriptorum debitorum, presentibus presbitero .......[1]) Nicoliça, Gregorio gripario, testibus ... Ibique Mateus cerdo et Marina, eius uxor simul et in solidum ..... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri ... Chirino Spinçich ..... libras quadraginta octo et solidos sexdecim paruorum pro pellibus habitis a dicto creditore .....

**Pro ser Iohanne de Bochina contra iudicem Mateum.**

Die XXVIIJ mensis Ianuarij. In Terra Fluminis ... in domo habitationis infrascripti ser Matei, presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, Nicolao Francisci a Rochà, Iacobo Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique cum nobilis vir ser Iohannes de Bochina de Cherso, precibus ser Matei condam ser Donati, cognati sui, se constituerit plegium et fideiussorem, quod Iurlinus Saidel de Stayn conducet a predicta Terra Fluminis Venetias pelles bouinas et equinas quingentas et nonaginta, et fassios centum et quadraginta ferri ..., idcirco prefatus ser Mateus ..... promisit michi notario infrascripto, stipullanti vice ac nomine prelibati ser Iohannis, quod dictum ser Iohannem ...... heredes et successores seruabit indemnes a suprascripta plegiaria et fideiussione, promittens .....

---

1) Na tom mjestu u izvorniku ostalo neispisano ime tog svećenika odnosno svjedoka.



http://library.foi.hr

**Pro iudice Mateo contra Iurlinum de Camenich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iurlinus Saydel de Stayn ...... promisit ser Mateo condam ser Donati, quod ipsi soluet et reficiet omnes et singulas expensas, damna, et interesse, que quomodocunque ipsi ser Mateo occurrerent, et ipsum seruabit indemnem a promissione et obligatione, quas fecit ser Iohanni de Bochina de Cherso, quod dictus Iurlinus conducet a Terra Fluminis suprascripta Venecias pelles bouinas et equinas CVLXXXX et fassios ferri 140.

**Procura presbiteri Georgij Sussich.**

Die prescripto. In curia domus mei notarij infrascripti, presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, Francisco, filio meo, testibus ... Ibique presbiter Georgius Sussich ..... fecit ... Teodorum condam Dominici ..... suum uerum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis .....

**Pro Laurentio Labutich contra Curilum Posnicich.**

Die primo mensis Februarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Ambrosio Radolich, Marco Bunto, testibus ... Ibique Curilus Cauertich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Laurentio Labutich ..... libras quadraginta nouem paruorum, et hoc pro duobus bobus habitis a dicto creditore ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignore designauit, cum voluntate et consensu Orse, uxoris sue, ortum dicte Orse, situm in Luchi, his pactis et condicionibus, quod .....

**S. 595. Pro Cipriano Faricich contra Betam Bachijnam.**

Die XJ mensis Februarij. In domo Agnetis Chognariçe, presentibus Paulo Mortatich, Laurentio Spinçich, Marco Golçich, testibus ... Ibique Beta Bachijna ..... fuit contenta et confessa se iuste teneri ... Cipriano Fariçich ..... libras quadraginta quinque et solidos XJ paruorum, et hoc pro quadam plegiaria, quam dictus Ciprianus fecit suprascripta(!) Agneti pro dicta debitrice. Item dixit, asseruit, et confessa fuit dicta debitrix qualiter recepit a prefato creditore vnum vas vini albi, tenute modiorum quatuordecim uel circa pro precio .... solidorum sexaginta octo pro singulo modio. Quam quidem pecunie quantitatem, et precium dicti vini dicta debitrix prelibato creditori dare et soluere promisit usque ad ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dicta debitrix eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam, sitam in Rastocine, cum suis pertinentijs.

**Procura Martini de Brineis.**

Die XIIJ mensis Februarij. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus Blasuto condam Petri, Iusto Samburich, testibus ... Ibique Martinus cerdo condam Georgij de Bri-



http://library.foi.hr

neis ..... fecit ... Luchinum Betini, habitatorem Venetiarum, ..... suum verum et legitimum procuratorem ...... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa .....

**Pro Tomasio bechario contra Betam Bachijnam.**

Die XVJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Nicolao Suetac, Paulo bechario, testibus ... Ibique Beta Bachijna ..... fuit contenta et confessa se iuste teneri ... Tomasio bechario ..... libras duodecim et solidos quatuor nomine mutui .....

**Pro Francisco de Fano contra Voricum de Labaco.**

Die XXVIJ mensis Februarij. In Terra Fluminis ... in claustro monasterij sancti Augustini, presentibus Iohanne de Sancto Seuero, Ricardo del Bene, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique venerabilis frater Albertus, prior predicti monasterij sancti Augustini, obligauit et pro speciali pignere designauit Francisco Petri de Fano fassios viginti unum ferri Vorici piliparij de Labaco pro ducatis viginti quinque auri et solidis XXXVIJ, quos dictus Voricus dare debet prefato Francisco pro çabris quinque et metris tribus olei, quos dictus prior accepit pro dicto Vorico, hoc pacto quod si dictus Voricus non soluerit suprascripto Francisco usque ad festum ....., quod tunc et eo casu prefatus Franciscus possit facere subastari et incantari dictum ferrum pro suprascripto debito .....

**Protestus fraternitatis sancti Iohannis de Laurana contra Iohannem Marnich.**

Die XXVIIJ mensis Februarij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, presbitero Bartolo, plebano Valprinacij, testibus ... Ibique coram nobili viro iudice Mauro Vidonich comparuit Vitus de Castua, habitator Laurane, tanquam gastaldio fraternitatis sancti Iohannis de Laurana asserens et dicens qualiter Iohannes Marnich habuit a dicta fraternitate ducatos decem et septem auri et aliquod argentum pro faciendo vna cruce, quam dictus Iohannes facere et complere promisit usque ad festum ....., idcirco prefatus Vitus, nomine quo supra, protestatus fuit contra prefatum Iohannem ..... si non compleuerit suprascriptam crucem in suprascripto termino pro damnis et interesse prescripte fraternitatis de ducatis decem auri pro singulo itinere quod faceret ad suprascriptam Terram Fluminis ob hanc causam, de ducato vno auri pro suis labore et expensis.



http://library.foi.hr

**S. 596. Protestus Chirini Spinçich contra cupanum Stupar de Bistriçe.**

Die secundo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Mateo barberio, Iohanne Coxarich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus. Ibique coram nobilibus viris ser Mauro Vidonich et ser Mateo Donadouich, ad presens honorabilibus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Chirinus Spinçich asserens et dicens qualiter çupanus Georgius Stupar de Bistriçe promisit sibi concedere ducatos vndecim auri pro duobus annis, quos dictus Georgius habere debet a Iohanne dicto Iagnaç, et quia prefatus Georgius non obseruat illud quod sibi promisit, quod ipsi Chirino redundat in maximum damnum, quapropter oportet quod vadat Postoinam ad conquerendum super dicto Georgio, idcirco dictus Chirinus protestatus fuit contra prefatum Georgium . . . . . de ducato vno auri pro suo labore et expensis.

**Pro çupano Stupar de Bistriçe contra Vitum Mateieuich.**

Die prescripto. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Dominico carpentario, Blasio de Berberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Vitus Mateieuich . . . . . fecit cupano Georgio Stupar fideiussionem et plegiariam pro Iohanne dicto Iagnaç pro ducatis vndecim auri, quos dictus Vitus dare et soluere promisit prefato çupano usque ad festum . . . . . Qui Iagnaç obligauit et pro speciali pignere designauit prefato Vito pro suprascripta fideiussione . . . . . . suum ortum, positum in Luchi.

**Pro Francisco de Fano contra Antonium Radiuoieuich.**

Die quarto mensis Februarij.[1] In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Simeone Maurich, Chirino Milçich, testibus . . . Ibique Antonius Radiuoieuich fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Francisco Petri de Fano . . . . . libras duodecim paruorum, quas dare promisit per terminos infrascriptos, videlicet . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor . . . . . eidem obligauit et pro speciali pignere designauit vineam magnam in Borgudo sitam.

**Pro suprascripto Francisco et Paulo Lustalar.**

Die quinto mensis Februarij.[1] In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Georgio Contouich, Laurentio de Calamota, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Paulus Lustalar de Labaco sponte . . . . . dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis Francisco Petri de Fano milliaria decem et libras quingentas et viginti ferri . . . . . . . usque ad festum . . . . . Et pro residuo et complemento solutionis suprascripte quantitatis ferri prefatus Franciscus dare debet prelibato Paulo çabros quinque cum dimidio olei et ducatos triginta quinque auri, illuc cum recepit suprascriptam ferri quantitatem . . . . .

1) U slijedu isprava odnosno unesaka datiranih »mensis Marcij«, na tim dvama mjestima u izvorniku datiranje »mensis Februarij« sigurno je griješkom mjesto »mensis Marcij«.



http://library.foi.hr

**Procura Francisci Baroci in Venecianum.** Die nono mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Georgio Contouich, Laurentio Spinçich, testibus . . . Ibique Franciscus Barocio . . . . . fecit . . . Venecianum de Cregnino . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa . . . . .

**Pro Francisco de Fano contra iudicem Mateum Donadouich. S. 597.** Die XIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presen tibus Mateo barberio, Blasio bechario, testibus . . . Ibique iudex Mateus condam ser Donati . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Francisco Petri de Fano . . . . (S. 597.) ducatos septuaginta boni auri et iusti ponderis nomine mutui, quos dare promisit usque ad festum . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit septem pecias grisi nigri de Crassia.

**Pro suprascripto Francisco contra dictum iudicem Mateum.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iudex Mateus condam ser Donati . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Francisco Petri de Fano . . . . . ducatos tresdecim cum dimidio boni auri. . ., et hoc pro oleo habito a dicto creditore. . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit duodecim fassios ferri.

**Pro Paulo capelario contra Marinam Postolaricam** Die XXIIJ mensis Marcij. In via ante domum Georgij sarctoris condam Stefani, diacone(!) Antonio, eius filio, testibus . . . Ibique Marina, uxor Matei . . . . . fuit contenta et confessa se iuste teneri . . . Paulo capelario condam Pernarti . . . . . libras septuaginta paruorum nomine mutui. Pro qua quidem pecunie quantitate dicta debitrix, cum voluntate et consensu Apolonie, filie sue. . . . prefato creditori obligauit et pro speciali pignere designauit totum ortum, qui fuit condam Iacobi cerdonis, olim mariti dicte Marine, iuxta Rafaelem, hoc pacto et condicione quod nec dictus Paulus neque eius heredes possint dictum ortum facere subastare ullo tempore.

**Pro Francisco de Fano contra Albertum Dietrisich.** Die XXVIJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Gaspare Andregetich, Grisostomo de Firmo, testibus . . . Ibique Arbertus Dietrisich . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Francisco Petri de Fano . . . . . libras sexdecim cum dimidio paruorum nomine mutui. Qua quidem pecunie quantitatem dictus debitor prefato creditori dare et soluere promisit usque ad festum . . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam muraleam iuxta Chirinum Spinçich.



http://library.foi.hr

**Procura Alberti Dietrisich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Albertus Dietrisich ..... fecit ... PetrumPaulum de Firmo ..... suum uerum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa in dicta Terra Fluminis .....

**Pro Francisco de Fano contra Suetinam.**

Die primo mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Georgio sarctore condam Stefani, magistro Alegreto de Tragurio, testibus ... Ibique Suetina de Lipa ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Francisco Petri de Fano ..... libras decem paruorum, quas dare promisit usque ad festum ......

**Pro Petro balistario contra Curilum Cauertich.**
**S. 598.**

Die secundo mensis Aprilis. In curia mei notarij infrascripti, presentibus Francisco, filio meo, Agabito Contouich, testibus ... Ibique Curilus Cauertich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Petro balistario ..... (S. 598.) libras viginti quatuor paruorum cum dimidio, et hoc pro saldo et calcullo omnium et sigularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad presentem diem, ita tamen quod centum planchoni, quos fecit facere dictus Curilus pro ambobus, sint et esse debeant prefati Petri. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Procura iudicis Nicolai in Iohannem, filium suum.**

Die secundo mensis Aprilis. In Terra Fluminis ..., in domo habitationis infrascripti constituentis, presentibus Damiano condam Matei, Agabito Contouich, testibus .... Ibique probus vir ser Nicolaus Antonij Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis, .... fecit ... Iohannem, filium suum, ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum, petendum, et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa per totum regnum Appullie et per totam marchiam .....

**Procura Georgij Fillacanouo.**

Die tercio mensis Aprilis. Sub arbore populea ante portam Terre Fluminis ..., presentibus Petro Glauinich, Georgio Petach, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Georgius Fillacanouo, habitator Venetiarum, ..... fecit ... magistrum Alegretum de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa in dicta Terra Fluminis .....

**Sequestrus Grisostomi de Firmo.**

Die sexto mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Agabito Contouich, magistro Alegreto de Tragurio, testibus ... Ibique cum licencia iudicis Mauri Grisostomus Nicolai



http://library.foi.hr

de Firmo interdixit et sequestrauit apud Nicolaum Francisci a Rocha vnum fassium ferri pro libris duodecim, quas dixit se debere habere a condam Antonio, factore Bernardi de Medicis.

**Depositatio pro Agnia Laurençeua.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Chirinus Spinçich dixit, asseruit, et conssus fuit se habere in manibus septem fassios, quos apud eum depositauit Nicolaus Francisci a Rocha, de mandato regiminis dicte Terre Fluminis, ad petitionem Agnetis, uxoris condam Laurentij marinarij, pro ducatis duodecim auri, quos habere debebat cum condam Antonio, factore Bernardi de Medicis, quos fassios septem dictus Chirinus nulli dare aut consignare promisit absque voluntate prefate Agnetis et predicti Nicolai.

**Pro Francisco de Fano contra Agabitum.**

Die septimo mensis Aprilis. In statione infrascripti creditoris, presentibus iudice Mauro Vidonich, Prodano de Pago, testibus ... Ibique Agabitus Contouich, tanquam plegius Georgij, fratris sui, fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Francisco Petri de Fano ..... ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis et solidos viginti quatuor paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dictus debitor prefato creditori dare et soluere promisit usque ad ..... Et ad cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere (S. 599.) designauit vnam peciam grissi albi, vnum sifum argenteum, et duas crateras argenteas, his pacto et condicione quod .....

**S. 599.**

**Pro Toporischichich contra Agniam Laurenceuam.**

Die octauo mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Veneciano de Cregnino, Nicolao Chernich, testibus ... Ibique Agnes, uxor condam Laurentij marinarij, ..... fuit contenta et confessa se iuste teneri ... Andree Toporischijchich ducatos septem boni auri et iusti ponderis nomine mutui, quos dare promisit ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dicta debitrix eidem obligauit et pro speciali pignere designauit septem fassios ferri.

**Pro Grisostomo contra Nicolaum a Rocha.**

Die prescripto. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Francisco Petri de Fano, Agnolo de Pisauro, testibus ... Ibique Nicolaus Francisci a Rocha ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Grisostomo Nicolai de Firmo ..... libras decem et septem paruorum nomine mutui. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor ..., pro speciali pignere designauit omnes et singuloa cupos, qui sunt iuxta littus dicte Terre Fluminis, volens prefatus debitor quod .....



http://library.foi.hr

**Affictatio orti Francisci de Fano.**

Die XIJ mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Grisano condam iudicis Martini, Antonio de Monte Albodio, testibus . . . . Ibique Filipus de Arimino, vice ac nomine Francisci Petri de Fano locauit et affictauit Georgio hospiti iuxta Fluuium pro duobus annis proxime futuris ortum iuxta Fossatum dicte Terre Fluminis, qui fuit domine Elisabeth, olim uxoris iudicis Stefani Ruseuich, hoc pacto quod dictus Georgius teneatur singulo anno soluere libras tres predicto Francisco pro affictu . . . dicti orti . . . . .

**Pro abbate sancti Iacobi a Prelucha contra Lucam Cauertich.**

Die XVto mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Stefano Blasinich, magistro Alegreto de Tragurio, testibus . . . Ibique Lucas Cauertich . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . venerabili viro domino fratri Iacobo, abbati sancti Iacobi a Prelucha . . . . . libras sexaginta et solidos quindecim paruorum . . . . .

**Cassatio pactorum Pauli Radauich et Petri Spinçich de Castua.**

**S. 600.**

Die XXIIIJ mensis Aprilis. In palatio illustrium dominorum nostrorum, presentibus Teodoro condam Dominici, Georgio Marolich, Barulo Chergnaueçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique circumspectus ac generosus vir dominus Nicolaus de Foramine, capitaneus Diuini, dixit, pronunciauit, et terminauit, quod scriptura pactorum factorum inter Paulum Radauich, parte vna, et Petrum Spinçich, parte altera, (S. 600.) scripta Castue per manum presbiteri Pauli, filij iudicis Antonij Furclinouich, nullius sit valoris uel efficacie, et pro inualida, cassa, et inefficaci habeatur et teneatur.

**Protestus Petri Spinçich.**

Die prescripto. Ante pallatium illustrium dominorum nostrorum, presentibus suprascriptis testibus. Coram spectabili ac generoso viro domino Nicolao de Foramine, capitaneo Diuini et Crassie, comparuit Petrus Spinçich asserens et dicens qualiter aliqui de Bermo miserunt ipsi Petro ducatos triginta duos auri minus quinque marchis, quas dictus Petrus receperat hac condicione, quod quandocunque prefati de Bermo darent sibi ducatos triginta duos auri debebat ipsis restituere prefatas marchas quinque per Paulum Radauich, quos ducatos triginta duos auri prelibatus Petrus nunquam habere potuit a dicto Paulo quamquam ipsum pluries ac pluries petierit etiam coram suprascripto domino capitaneo, quod ipsi Petro redundat in maximum damnum et detrimentum, idcirco prescriptus Petrus . . . . . protestatus fuit contra predictum Paulum Radauich . . . de omni et singulo damno, quod ipsi Petro ob hanc causam aduenit uel adueniet, et de expensis secutis et secuturis.



http://library.foi.hr

**Pro Chirino Spinçich contra Sigismundum Cichouer.**

Vltrascriptis die ac loco. Spectabilis(!) ac generosi viri dominus Nicolaus de Foramine, capitaneus Diuini et Crassie, Tomas Elachar, capitaneus Sinoxechij, Andreas de Foramine, capitaneus dicte Terre Fluminis, Anricus Obenburger, capitaneus Gotnici, retulerunt michi notario infrascripto qualiter ipsi domini, tanquam arbitri et amicabiles compositores dixerunt, terminauerunt, et sententiauerunt quod Sigismundus Çichouer, tanquam gubernator filiorum suorum, dare et soluere debeat Chirino Spinçich marchas octo denariorum et ducatos quinque auri pro panno, quem olim generosus milles dominus Iohannes Çichouer accepit de statione condam Valentini Iurlinouich, et pro carnibus habitis a dicto Chirino. Quam quidem pecunie quantitatem dictus Sigismundus Çichouer dare et soluere promisit prefato Chirino per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro Schurinschiachoua contra Mochorum Seualich.**

Die XXVJ mensis Aprilis. In domo domini presbiteri Gasparis, plebani, presentibus ipso plebano, Blasutho condam Petri, testibus ... Ibique Mochorus Seualich .... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Agneti, uxori Mauri Schurinschiach ....... libras quatuordecim et solidos vndecim paruorum, et hoc pro vino habito a dicta creditrice. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor ... usque ad ..... Et ad maiorem cautellam dicte creditricis dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit suam muraleam iuxta Georgium Strachouich.

**Procura iudicis Nicolai et iudicis Iacobi, fratrum.**

Die XXVIJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Bartolo Melcherich, Paulo Mortatich, Suetina de Lipa, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Nicolaus Antonij de dicta Terra Fluminis et ser Iacobus, eius frater, ..... fecerunt ... probum virum ser Nanum Petri a Colonna, habitatorem Venetiarum, ..... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad paciscendum. componendum, et concordandum eos cum serenissimo et ducali dominio Venetiarum siue eius ducalis dominij quouis officio aut officialibus pro omnibus et singulis contrabannis ab ipsis constituentibus simul uel diuisim quomodocunque et qualitercunque commissis, factis, et perpetratis. Et generaliter ad omnia alia ...

**Procura Iohannis de Selça.**

Die prescripto. In domo domini presbiteri Gasparis, plebani, presentibus ipso plebano, iudice Mauro Vidonich, testibus ... Ibique Iohannes condam Filipi de Selça ..... fecit ... Iustum Samburich ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a iudice Mateo condam ser Donati quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....



http://library.foi.hr

S. 601.
**Pro Iusto Samburich contra Iurssanum.**

Die XXVIIJ mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, iudice Mauro Vidonich, testibus Ibique ser Georgius Glauinich sponte . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Iusto Samburich . . . . . libras septuaginta octo et solidos nouem paruorum nomine mutui . . . . .

**Procura Leonardi de Monte Falchono.**

Die vltimo mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus presbitero Alexandro Vidaçich, iudice Mauro Vidonich, testibus . . . Ibique Leonardus de Monte Falchono, ciuis Iustinopolis . . . . . fecit . . . Chirinum Spinçich . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa . . . . .

**Cassatio instrumenti pactorum Sigismundi Çichouer et Siuichi.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Stefano Blasinich, Michlesio Slamperger muratore, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus. Ibique nobilis vir Sigismundus Çichouer, parte vna, et Siuichus molendinarius, parte altera, dixerunt, asseruerunt, et voluerunt quod instrumentum concessionis et locationis ad affictum medietatem vnius molendini ortorum cum suis pertinentijs, siti in districtu Fluminis, scriptum Tergesti manu ser Iohannis de Garçula, notarij necnon ciuis Tergestini, sit cassum vanum, et irritum, et nullius momenti valoris uel efficacie, et quod in posterum dictum instrumentum locationis, et ipsa locatio sint inualida et . . .

**Pro Iohanne de Fantonis contra Teodorum.**

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Iohanne Rosa de Neapoli, Georgio Petriçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Teodorus condam Dominici . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Iohani de Fantonis de Florentia . . . libras triginta septem paruorum, quas dare et soluere promisit usque ad festum . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit et pro speciali pignere designauit domum suam, in qua habitat, et vineam suam que dicitur Draga ad Reçiçe, intelligendo tamen quod instrumentum . . . . .

**Procura Antonij.**

Die tercio mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus presbitero Antonio Repelgich, ser Georgio Glauinich, testibus . . . Ibique Antonius sarctor condam Benedicti de Esculo . . . . . fecit . . . magistrum Alegretum de Tragurio . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti tene-
S. 602. retur in dicta Terra Fluminis (S. 602.) quacunque ex causa . . . . .



http://library.foi.hr

**Procura Grisostomi de Firmo.**

Die quinto mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Chirino Milçich, Iohanne Barbich, testibus . . . Ibique Grisostomus Nicolai de Firmo . . . . . fecit . . . Filipum de Arimino . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa per totam Sclauoniam . . . . .

**Procura Vrbani de Labaco.**

Die X mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Mauro Vidonich, Paulo barberio, Toma remerio, testibus . . . Ibique Vrbanus Falch de Labaco . . . . . fecit . . . dominum presbiterum Baldasarem, rectorem scolarum, . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum a iudice Mateo condam ser Donati quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa . . . . .

**Pacta Francisci de Fano et Blasij Emirisich.**

Die XVIIJ mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Georgio Ruseuich, Paulo barberio, testibus . . . Ibique Blasius Emirisich, habitator Cregnini, dare et consignare promisit Francisco Petri de Fano Bucharici iuxta littus maris usque ad . . . . . planchonos nouem longitudinis passuum quatuor et trabes quatuordecim longitudinis passuum quatuor cum dimidio, altitudinis et latitudinis secundum mensuras, que sunt in manibus mei notarij infrascripti. Planchoni pro precio . . . librarum quatuor pro singulo, et trabes pro precio . . . solidorum quadraginta pro singulo(!). Qui Franciscus promisit dare et numerare precium suprascriptorum lignaminum subito ipsis consignatis . . . . . Promittens vna pars alteri ad inuicem omnia et singula suprascripta attendere et obseruare, sub pena ducatorum quinquaginta, cuius pene medietas sit magnifici comitis Stefani de Frangepanibus, et altera medietas partis obseruantis, cum obligatione omnium suorum bonorum . . . . .

**Procura Trepar in Radoiam.**

Die XXIJ mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Simeone Maurich, Iusto Samburich, testibus . . . Ibique Nicolaus Trepar . . . . . fecit . . . magistrum Alegretum de Tragurio . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa . . . . .

**S. 603**
**Procura Iusti Samburich.**

Die XXVJ mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Ambrosio Dolinich, Simone Coxarich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Iustus Samburich de dicta Terra Fluminis . . . . . ordinauit Antonium Petri de Paren-



http://library.foi.hr

tio ..... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Iacobo Georgij Albanensis, ciue Parentino, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Martino Coxar contra Simonem, filium suum.**

Die XXVIJ mensis Madij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Ambrosio Radolich, Iohanne Lisiça, testibus ... Ibique Simon, filius Martini Coxar ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Martino, patri suo, ..... libras viginti paruorum, et hoc pro complemento solutionis caprarum a dicto Martino habitarum .....

**Procura presbiteri Viti Cersatich in Iohannem Iagnaç.**

Die octauo mensis Iunij. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus domino presbitero Gaspare, plebano, iudice Stefano Blasinich, Simeone Maurich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique presbiter Alexander Vidaçich dedit, tribuit, et cessit Iohanni dicto Iagnac totum arbitrium et omnimodam potestatem et libertatem ad exigendum a presbitero Vito Scholich et a presbitero Iohanne Susselich quicquid presbitero Vito Cersatich tenerentur quacunque ex causa, prout ipsi presbitero Alexandro contribuit prefatus presbiter Vitus Cersatich.

**Pro Antonio cerdone contra Apoloniam.**

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Vito Mateieuich, Simeone Maurich, Marco Cersatich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Apolonia, uxor Stefani de Spalatro, cum voluntate dicti uiri sui, ..... dedit, vendidit, et tradidit Antonio cerdoni, sororio suo, partem suam orti iuxta Marinam, matrem dicte venditricis, pro ducatis sex auri, dandis per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro Fabiano de Venetijs contra Georgium Grando.**

Die X mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Paulo Vidotich, Luca Oslich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Georgius Grando, habitator Venetiarum, sponte, libere ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Fabiano Bartolomei, habitatori Venetiatum in contracta (!) sancti Martini, ducatos quinquaginta boni auri et iusti ponderis nomine mutui ..... Qui Georgius, volens esse gratus benefitij, promisit dicto Fabiano, quod emet vnum milliarium arcuum bonorum et sufficientium, in numero arcuum, quem promisit dictus Georgius dare et designare domino Andree Dodo in portu Sancti Petri de Neme pro illo precio quo
S. 604. ipse emet, intelligendo tamen, quod dictus (S. 604.) Fabianus debeat portare ipsos arcus suis sumptibus et expensis a Segna siue a Terra Fluminis predicta usque ad suprascriptum por-



http://library.foi.hr

tum Sancti Petri, et habere debeat lucrum ipsorum arcuum, hoc addito quod . . . . .

**Pro Antonio de Parentio contra Tomam remerium.**

Die X mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Mauro Vidonich, Marino marinario, testibus . . . Ibique Tomas remerius . . . . . promisit designare Antonio Petri de Parentio in littore maris usque ad festum . . . . . trabes triginta longitudinis passuum sex, trabes quinquaginta longitudinis passuum quinque, et trabes viginti longitudinis passuum quatuor, altitudinis et latitudinis secundum morelos, qui sunt in manibus mei notarij infrascripti, et hoc pro precio . . . solidorum quadraginta paruorum pro singulo(!), promisitque prescriptus omnia et singula suprascripta obseruare, sub pena quarti valoris dictarum trabium . . . . .

**Procura Polche in Antonium, eius cognatum.**

Die XV mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Georgio Contouich, Stefano Lausich, testibus . . . Ibique Apolonia, filia condam Iacobi cerdonis, cum voluntate et consensu Stefani, mariti sui, . . . . . fecit . . . Antonium cerdonem, eius cognatum, . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas habet siue habere posset cum Marina, matre dicte Apolonie, et quacunque alia persona, tam in agendo quam in defendendo . . . . .

**Pro Antonio cerdone contra Polcham.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Suprascripta Apolonia fuit contenta et confessa se habuisse ac recepisse ab Antonio cerdone, eius cognato, libras tresdecim paruorum pro parte solutionis eius partis orti, quem ipse Antonius emit a dicta Apolonia de anno instanti die . . . . .

**Pro comite Stefano contra iudicem Nicolaum Micolich.**

Die XVIIJ mensis Iunij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Mauro Vidonich, Iusto Samburich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique iudex Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis, . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Chirino Spinçich . . . vice ac nomine illustris domini domini Stefani de Frangepanibus, Vegle, Modrusse, Segneque etc.[1]) comitis, libras ducentas paruorum, et hoc pro lignaminibus diuersarum sortum, que Perocius Bartolomei de Ancona habuit ab officialibus prefati domini comitis, pro quo quidem Perocio prescriptus iudex Nicolaus promisit libras ducentas, ut supra, tanquam eius plegius et fideiussor. Quas quidem libras ducentas prefatus iudex Nicolaus prelibato domino comiti siue eius nuncio dare et soluere promisit usque ad . . . . .

---

1) U izvorniku na tom mjestu kratica »etc.«.



http://library.foi.hr

**Pro iudice Nicolao suprascripto et Grisano contra Perocium de Ancona.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Perocius Bartolomei de Ancona ..... promisit restituere et reficere iudici Nicolao Micolich et Grisano condam iudicis Martini omnia et singula damna, expensas, et interesse, que et quas quomodocunque ipsi seu alter ipsorum patientur siue habebunt occasione plegiarie et fideiussionis, facte per dictum iudicem Nicolaum domino comiti Stefano de Frangepanibus, et promissionis quam prefatus Grisanus fecit iudici Nicolao predicto pro libris centum paruorum pro suprascripto Perocio.

**S. 605. Pro Iohanne de Bresecio contra Agabitum.**

Die XXV mensis Iunij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Dominico carpentario, testibus ... Ibique Agabitus Contouich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... Iohanni Tomiçich de Grobinico, habitatori Bresecij, ..... libras septuaginta quatuor paruorum, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta pro Georgio, eius fratre. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Pro Agabito contra Iursum, eius fratrem.**

Die XXVJ mensis Iunij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Paulo barberio, Emerico fabro, testibus ... Ibique Georgius obligauit et pro speciali pignere designauit Agabito Contouich, eius fratri, omnia et singula sua bona pro plegiaria seu fideiussione, quam predictus Agabitus fecit Iohanni Tomiçich, habitatori Breseçi, pro libris LXXIIIJ^or^, volens quod dictus Agabitus possit et valeat prefata bona incantare et subastare .....

**Procura iudicis Nicolai.**

Die XXVIJ mensis Iunij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Agabito Contouich, Paulo Mortatich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Nicolaus Antonij Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis, suo nomone ac etiam vice et nomine Iohannis, eius filij sub paterna potestate constituti, ..... fecit ... nobiles et egregios viros dominum Petrum Mauroceno condam domini Marci de contracta(!) sancte Iustine[1]) et dominum Andream Dandulo condam domini Luce, simul et in solidum, ..... suos veros et legitimos procuratores, ..... presertim ad cancellare, cassare, annichilare, et annullare faciendum omnes et singulas condemnationes, proclamationes, processus, et quasuis scripturas, factas, latas uel datas per dominos de Catauere comunis Venetiarum siue eorum offitium aut alios quosuis officiales comunis Venetiarum .....

---

1) Razumije se »Venetijs«.



http://library.foi.hr

**Procura iudicis Iacobi.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ser Iacobus Antonij Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis ..... ordinauit generosos viros dominum Petrum Mauroceno condam domini Marci de contracta sancte Iustine et dominum Andream Dandulo condam domini Luce, simul et in solidum, ..... suos veros et legitimos procurarores ..... presertim ad cancellare, cassare ..... (kao u prethodnoj punomoći).

**Pro iudice Mauro contra Iustum barberium.**

Die XXVIIJ mensis Iunij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Teodoro condam Dominici, Barulo Chergnauecich, testibus ... Ibique Iustus barberius ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... iudici Mauro Vidonich ..... libras quadraginta quatuor et solidos octo paruorum, et hoc pro vino habito a dicto creditore ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit ..... suum pastinum, positum in Schurigna.

**S. 606. Procura Francisci de Fano.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus presbitero Antonio Repeglich, Mateo barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Franciscus Petri de Fano, vice ac nomine Tomasij, Marceti, et Adde, et Gasparis, fratrum, condam Antonij de Firmo, pro quibus promisit de rato et rati habitatione, ..... fecit ... spectabiles viros dominum Petrum Mauroceno condam domini Marci de contracta sancte Iustine et dominum Andream Dandulo condam domini Luce, simul et in solidum, ..... suos ueros et legitimos procuratores ..... presertim ad faciendum cancelare, cassare, annichilare, et annullare omnes et singulas condemnationes, proclamationes, processus, et quasuis scripturas, factas, latas uel datas per dominos Catauere comunis Venetiarum siue eorum offituim aut alios quosuis offitiales comunis Venetiarum .....

**Protestus Pauli de Laurana.**

Die vltimo Iunij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Mateo barberio, Paulo barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram ambobus iudicibus Paulus Benchouich de Laurana protestatus fuit aduersus Chirinum, Laurentium, et Petrum Spinçich, fratres, , ... singulo itinere quo ipse veniet aut mittet ad dictam Terram Fluminis pro exigendo denarios, quos sibi tenentur, prout continetur in scriptura, scripta iudicis Mauri manu (!) anno domini MCCCCLV^to^ die secundo Iulij.

**Procura Pauli Radauich.**

Die primo Iulij. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus Teodoro condam Dominici, Chirino Milçich, testibus ... Ibique venerabilis vir presbiter Iohannes, plebanus Castue, habens uti dixit ad infrascripta plenum mandatum, constitutus procurator a Paulo Radauich, substituit Iohannem



http://library.foi.hr

Coxarich . . . . . procuratorem, actorem, et factorem ad exigendum et recuperandum quicquid Paulo Radauich teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa.

**Pro iudice Iacobo Micolich contra iudicem Rossum.**

Die quinto mensis Iulij. Ante portam Terre Fluminis . . . . . a mari, presentibus iudice Mauro Vidonich, Curilo Cauertich, Alegreto de Tragurio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique cum iudex Vitus condam ser Matchi vendiderit . . . . . iudici Iacobo Micolich domum, que ut dicitur erat obligata monasterio sancti Augustini dicte Terre Fluminis in marchis centum et pro lucro dictarum marcharum centum singulo anno in marchis decem, et prefatus iudex Iacobus dubitaret, quod in futurum ipse aut eius heredes damnum pati possent, idcirco pro defensione, guarentatione, auctoriçatione, et affracantione (! affrancatione) dicte domus, vendite ut supra prefato iudici Iacobo, suprascriptus iudex Vitus obligauit et pro speciali pignere designauit omnia et singula sua bona, mobilia et immobilia, existentia in dicta Terra Fluminis, et eius districtu prefato iudici Iacobo . . . . .

**Protestus Antonij de Parentio.**

Die XVIJ mensis Iulij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Cusma Mulsetich, Iusto Samburich, testibus . . . Ibique coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Antonius Petri de Parentio asserens et dicens qualiter Tomas remerius de Bucharo promisit sibi dare aliqua lignamina usque ad . . . . . , diuersarum sortum, uti constat instrumento scripto manu mei notarij infrascripti de anno instanti . . . . . , et quia ipsi Antonio deficiunt septem capita lignaminum, quod ipsi Antonio redundat in maximum damnum et detrimentum propter nauignium, idcirco ipse Antonius . . . . . protestatus fuit contra dictum Toman . . . singulo die de solidis XL[ta], incipiendo ab hodierna die, quousque ipsi Antonio dicta lignamina fuerint designata.

**Pro Tomasio bechario contra Petrum Spinçich.**

Die XVIIJ mensis Iulij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Damiano condam Matei, Curilo Putinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Petrus Spinçich . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Tomasio bechario . . . . . libras centum et decem et nouem paruorum, et hoc pro complemento solutionis aliquorum animalium bouinorum, habitorum a dicto creditore . . . . .

**S. 607. Pro Vito Mateieuich contra Maurum Gastaldich.**

Die XX mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Blasio condam Antonij, Luca Oslich, testibus . . . , Ibique Maurus Gastaldich, tanquam plegius Simonis Feste, . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Vito Mateieuich . . . . . libras octo paruorum, et vnam çapam usque ad festum . . . . .



http://library.foi.hr

promisitque Franciscus Cortesius de Venetijs dicto Vito, quod dabit ipsi Vito omni viagnio quo ueniet ad dictam Terram Fluminis salarium, quod dicto Simoni Feste dare tenebatur, non obstante supraseripta fideiussione.

**Pro piebano contra Martinum aurificem.**

Die prescrito(!). In Terra Fluminis... in curia infrascripti Martini, presentibus iudice Vito Barulich, Prodano de Pago, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique venerabilis vir dominus presbiter Gaspar, plebanus dicte Terre Fluminis, precibus Martini aurifici inclinatus, concessit ipsi Martino, quod usque ad voluntatem dicti plebani... prefatus Martinus possit et valeat facere clausuram de assidibus ab angulo domus prelibati plebani usque ad murum, qui est inter Catarinam Grumaciniçam et predictum Martinum, intelligendo tamen, quod dicta clausura siue possessio prefati Martini non preiudicet alicui iuri predicti plebani.....

**Procura Elene Babichieue.**

Die XXIIJ mensis Iulij. In Terra Fluminis..., presentibus iudice Mateo Donadouich, magistro Alegreto de Tragurio, testibus... Ibique Elena, uxor condam Iohannis Babich..... fecit... Martinum Crapinam..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicte constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Pro Cipriano Fariçich contra Tomam remerium.**

Die XXIIIJ mensis Iulij. Ante portam Terre Fluminis... a mari, presentibus Chirino Milçich, Barulo Chergnaueçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Tomas remerius de Bucharo..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Cipriano Fariçich..... libras quindecim et solidos quatuordecim paruorum..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit... suum ortum ad Portam Superiorem, qui fuit Dominice Forforine, hac condicione et pacto, quod si.....

**Procura presbiteri Iohannis Susselich.**

Die prescripto. Iuxta campanile ecclesie sancte Marie, presentibus Cipriano Fariçich, Georgio Golçich, testibus... Ibique presbiter Iohannes Susselich..... fecit... presbiterum Antonium Repeglich..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum.....[1])

**S. 608. Pro Paulo de Laurana contra Chirinum Spinçich.**

Die XXVJ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis..., presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Alegreto de Tragurio, Iohanne Rossouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Chirinus Spinçich sponte...... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Paulo Benchouich de Laurana..... libras nouemcentos(!) et sexaginta paruorum, et hoc pro castratis, die presenti habitis a dicto creditore.....

[1]) Ta punomoć ostala u izvorniku nedovršena.



http://library.foi.hr

Procura Pauli de Laurana.

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Georgio Contouich, Veneciano de Cregnino, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Paulus Benchouich de Laurana ..... fecit ... magistrum Alegretum condam Marini de Tragurio ..... suum uerum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ratione uel causa .....

Pro Blasio bechario contra[1]) Martinum cerdonem.

Die XXX mensis Iulij. Presentibus Georgio Golçich et Nicolao Cigantich, testibus ... Ibique Martinus cerdo de Labaco promisit dare et soluere Alegreto de Tragurio, tanquam procuratori Blasij becharij, libras septuaginta duas cum dimidio usque ad festum ..... aliter dictus Martinus reficere debeat dicto Blasio omnia et singula damna (et) interesse, que ipsi Blasio ob hanc causam sequerentur.

Procura Clare Gladoue.

Die secundo mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Paulo barberio, Georgio Golçich, testibus ... Ibique Clara Gladoua ..... fecit ... magistrum Alegretum de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersija, que et quas habet siue habitura est cum quacunque persona tam in agendo quam in defendendo in dicta Terra Fluminis ......

Pro debitoribus ecclesie.

Die quarto mensis Augusti. Dominus capitaneus, iudices, et consilium ordinauerunt, quod debitores ecclesie sancte Marie soluere debeant usque ad festum sancti Bartolomei proxime futurum .....[2])

Procura guardiani de Cersato.

Die nono mensis Augusti. In platea Terre Fluminis ..., presentibus. Grisano condam iudicis Martini, Chirino Milçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique venerabilis pater frater Paulus, guardianus monasterij ecclesie sancte Marie de Cersato ordinis sancti Francisci de Obseruantia, ..... ordinauit Georgium Grando, habitatorem Venetiarum (S. 609) ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad faciendum cogere et choarctare (!) magistrum Antonium de Murano, pictorem, habitatorem Venetiarum, coram quouis offitio ducalis dominij Venetiarum ut explere et complere debeat anchoniam siue pallam ab altari dicte ecclesie, prout tenetur et promisit, et pro qua iam recepit partem solutionis, et ad dicto Antonio integre soluendum pro ipsa palla cum completa fuerit .....

S. 609.

1) U izvorniku griješkom »cum« mjesto »contra«.
2) Taj unesak u kodeksu ostao nedovršen.



http://library.foi.hr

**Pro domino arcidiacono contra Vitum Mateieuich.**

Die XIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis..., presentibus iudice Mauro Vidonich, Bartolo Milasinich, testibus... Ibique Vitus Mateuich (!),[1] tanquam plegius presbiteri Iohannis Susselich,..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... venerabili viro domino presbitero Iohanni Micolich, arcidiacono dicte Terre Fluminis,..... libras nonaginta duas et solidos nouem paruorum usque ad festum.....

**Procura domini prepositi de Pissino.**

Die XV mensis Augusti. Iuxta Fluuium Terre Fluminis..., presentibus Vito Mateieuich, Simone de Dreuenico, Cessigna de Castua, testibus... Ibique venerabilis vir dominus presbiter Andreas Sul, prepositus Pissini,..... fecit... Cristoforum Bensinderfer..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quauis causa.....

**Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo contra Vrbanum de Labaco.**

Die prescripto. In platea Terre Fluminis..., presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Donato ieus filio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Vrbanus Folch de Labaco..... promisit ser Ançulino Bonfiolo, tanquam procuratori Bartolomei Matiucij de Firmo, dare et consignare pro Iacobo Sommer de Labaco in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum quantum ascendat ad valorem ducatorum triginta auri in dicta Terra Fluminis usque ad festum.....

**Pro Martino aurifice contra Michaelem et Georgium de Nouigrado.**

Die XVJ mensis Augusti. In Terra Fluminis... in pallatio illustrium dominorum de Balse[2]), presentibus Iohanne Coxarich, Marco Cersatich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Michael Per'gnich et Georgius Repalich[3]), ambo de Nouigrado, fuerunt contenti et confessi se habuisse ac recepisse a Martino aurifice condam Dominici de Segna, ciui(!) dicte Terre Fluminis, libras quinquaginta octo paruorum, et hoc pro integra solutione et satisfactione tercie partis vnius vinee, que fuit Chelemini, olim habitatoris Cregnini, site in districtu Cregnini in loco dicto Sbaniça. Quam terciam partem vinee prefati Michael et Georgius..... vendiderunt prefato Martino..... pro suprascriptis libris quinquaginta octo paruorum.

**S. 610. Societas inter Alegretum de Tragurio et Mateum de Spalatro.**

Die XVIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Paulo Vidotich, Bartolo cerdone, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Alegretus Marini de Tragurio et Mateus Petri de Spalatro, habitator Venetiarum, fecerunt simul societatem pro decem milliaribus arcuum preparandorum usque ad..... his pactis et condicionibus, quod dictus Ale-

1) Tako u izvorniku omaškom mjesto »Mateieuich«.
2) Na tom mjestu u izvorniku »Balse« mjesto »Valse«.
3) Drugdje to prezime nalazimo pisano »Repeglich« i »Repelgich«.



http://library.foi.hr

gretus emere debeat arcus bonos et sufficientes pro precio minori quo poterit, et dictus Mateus teneatur ipsos vendere pro maiori precio quo poterit, et quicquid lucri siue damni sequeretur ex dicta arcuum quantitate, debeat inter ipsos diuidi equaliter, et similiter expense, que fierent pro dictis arcubus . . . . .

**Procura iudicis Matchi de Labaco.**

Vltrascripto die. In domo Iohannis dicti Iagnaç infrascripti, presentibus Vito Mateieuich, Georgio Rompler, testibus . . . Ibique iudex Matchus Vidaç de Labaco . . . . . . fecit . . . prefatum Iohannem . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa . . . . .

**Pro Francisco Baroci contra Ambrosium Dolinich.**

Die prescripto. In pallatio illustrium dominorum de Balsse(!) in dicta Terra Fluminis, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Vito Barolich, iudice Georgio Ruseuich, testibus . . . Ibique cum Paulus Radauich fuerit sententiatus ad dandum et soluendum infrascripto Francisco Barocio ducatos LXX auri, per generosum virum dominum Nicolaum de Foramine, capitaneum Diuini et Crassie, sedentem cum alijs nobilibus, uti patet instrumento, scripto . . . . . incirco precibus ipsius Pauli Ambrosius Dolinich, tanquam plegius et fideiussor Pauli Radauich . . . . . fuit contentus et confessus se iuste teneri . . . Francisco Barocio, habitatori Venetiarum, ducatos septuaginta duos[1]) boni auri et iusti ponderis, quos quidem ducatos LXXIJ dare et soluere promisit dictus Ambrosius prefato Francisco Barocio per terminos infrascriptos, videlicet . . . . .

**Procura Petri Spinçich.**

Die XVIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis . . ., presentibus Ambrosio Dolinich, Iohanne Marnich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Petrus Spinçich de Castua . . . . . ordinauit Georgium Michselis Vsesschouich, habitatorem Venetiarum, . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum a Iohanne de Iadra barchorolo, habitatore Venetiarum, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa . . . . .

**Pro domino capitaneo nostro.**

Die XVIIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis . . ., presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Vito Rosso, iudice Iacobo Micolich, testibus . . . Ibique Chirinus Spinçich, suo momine ac nomine et vice Martini eius filij, Laurentius Spincich, Petrus Spinçich, fratres, et Blasius becharius . . . . . . (S.
S. 611. 611.) promiserunt spectabili viro domino Andree de Forami-

1) Naprijed u istoj ispravi u izvorniku »libras LXX«.



http://library.foi.hr

ne, capitaneo dicte Terre Fluminis, dare et numerare ducatos centum et triginta boni auri et iusti ponderis per totum mensem Nouembris proxime futurum.

**Pro iudice Iacobo contra iudicem Maurum.**

Die XVIIIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis ... in ecclesia sancte Marie, presentibus Ambrosio Radolich, Georgio Marolich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Maurus Vidonich sponte ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... iudici Iacobo Micolich ..... ducatos viginti sex cum vno quarto boni auri et iusti ponderis, et hoc pro clauis habitis a dicto creditore ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor, cum voluntate domine Apolonie, uxoris sue, ..... obligauit et pro speciali pignere designauit suam vineam cum oliuarijs, sitas(!) in Doli iuxta iudicem Nicolaum Micolich et Lucacium Cognar, et alios confines, his pacto et condicione, quod si .....

**Procura Georgij de Grobinico.**

Die XX Augusti. In lobis Terre Fluminis ..., presentibus Petro Glauinich, Georgio Marolich, testibus ... Ibique Gregorius Nouachouich de Grobinico ..... ordinauit magistrum Alegretum de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim in lite et differentia, qua(!) habet cum Elena Babichieua, et ad comparendum .....

**Pro Francisco de Fano contra dominam Passinam.**

Die XXJ mensis Augusti. In curia domus habitationis infrascripte debitricis in Terra Fluminis ..., presentibus Iohanne condam domini Nicolai de Barnis, Gaspare condam Antonij de Firmo, Blasio cerdone condam Antonij de Segna, testibus ... Ibique Passina, uxor Georgij Rompler de Labaco, ..... fuit contenta et confessa se iuste teneri ... ser Francisco condam Petri de Fano ..... ducatos septuaginta duos boni auri et iusti ponderis et solidos quinquaginta duos paruorum, et hoc pro plegiaria seu fideiussione, quam fecit pro dicto Georgio, marito suo. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dicta debitrix prefato creditori usque ad ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dicta debitrix eidem obligauit ..... duos suos ortos, sitos in Luchi.

**Pro Blasio cerdone condam Antonij.**

Die XXIIJ mensis Augusti. Iudex Mateus precepit michi, quod scribere deberem qualiter ..... Blasius cerdo condam Antonij comparuit coram domino capitaneo asserens et dicens se fore paratum et promptum facere calcullum et rationem, quam simul habent heredes iudicis Iurchi, Teodorus, et ipse tam pro datio taberne quam pro societate vini, protestans quod intendit petere partem lucri ab illo pro quo deficeret, quod ratio non fieret inter eos.



http://library.foi.hr

**S. 612. Terminus, quem accepit iudex Mateus condam ser Donati pro debito Vorici Marich**

Die XXIIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis ... coram domino capitaneo, iudicibus, et consilio iudex Mateus condam ser Donati promisit Voricho pilipario de Labaco, nuncio Vorici Marich piliparij de Labaco, quod taliter disponet usque ad festum ..... (quod) suprascriptus Vorichus Marich erit contentus ab ipso iudice Mateo pro toto debito in quo ipsi Voricho tenetur.

**Accordatio famuli pro Nicolao a Rocha.**

Die XXVJ mensis Augusti. Sub arbore populea ante Terram Fluminis ..., presentibus Rafaele de Fossambruno, Luca Oslich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Stefanus Moclinouich sponte se concordauit et obligauit ad standum et seruiendum Nicolao Francisci a Rocha per vnum (annum) .... his pactis et condicionibus, quod dictus Stefanus teneatur et debeat bene et diligenter seruire dicto Nicolao ..... toto tempore dicti anni, et dictus Nicolaus teneatur dicto Stefano dare vitum et subtellares, et ducatos septem cum dimidio auri pro suo salario, ita tamen quod dictus Stefanus non debeat ludere ad aliquem ludum pro maiori re quam pro vno solido, et si luderet perdat totum suum salarium, et soluere debeat tantumdem de suis bonis proprijs .....

**Pro Georgio Rompler contra Marinum Georgij de Venetija.**

Die XXVIIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Prodano de Pago, Toma remerio de Bucharo, testibus ... Ibique Marinus Georgij, habitatoris(!) Venetiarum, fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse a Georgio Rompler libras sexaginta nouem et solidos quinque paruorum, et hoc pro parte solutionis ducatorum decem et nouem auri, quos dictus Georgius predicto Marino tenetur, uti constat instrumento, scripto .....

**Pro iudice Nicolao Micolich contra Mochorum Seualich.**

Die XXVIIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Mauro Vidonich, Vito sarctore, testibus ... Ibique Mochorus Seualich ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... libras viginti unam cum dimidio paruorum, et hoc pro vino vendito ad tabernam ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit ..... suam muraleam iuxta Apoloniam Strachouichieuam.

**Pro suprascripto iudice Nicolao contra Georgium Petricich.**

Die XXVIIIJ mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Mauro Vidonich, Veneciano de Crognino, testibus ... Ibique Georgius Petricich ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... libras quinquaginta duas paruorum, et hoc pro affictu domus quatuor annorum preteritorum ..... Et ad maiorem cautellam ..... eidem obligauit ..... suum ortum, situm in Vragneue Gomile.



http://library.foi.hr

**Pro Francisco de Fano contra Bartolomeum de Sancta Lucia.**

Die primo Septembris. In littore maris ante portam Terre Fluminis . . . , presentibus Grisano condam iudicis Martini de dicta Terra Fluminis, Francisc Cortessio de Venetijs, testibus . . . Ibique Bartolomeus de Sancta Lucia, patronus vnius nauignij, fuit contentus et confessus se habuisse ac recepisse, vice et nomine domini Andree Dandulo et sociorum datiariorum Venetijs, a Francisco Petri de Fano fassios quatricentos et sex ferri . . . . .[1])

**S. 613. Pro iudice Nicolao contra Claram Martinçam.**

Die X mensis Septembris. In Terra Fluminis . . . , presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Blasio bechario de Cilia, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Clara, uxor condam Martini Çaninich . . . . . fuit contenta . . . se iuste teneri . . . iudici Nicolao Micolich . . . . . ducatos quadraginta sex boni auri . . . , et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta pro domina Passina, sorore dicte Clare. Quos quidem ducatos prefata Clara, debitrix, dicto creditori dare et soluere promisit . . . per terminos infrascriptos, videlicet . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dicta Clara, debitrix, eidem obligauit . . . . . domum suam, in qua habitat, et vineam suam, positam in Bredo.

**Pro suprascripto iudice Nicolao contra Ciprianum Tudrouich.**

Die XJ mensis Septembris. In Terra Fluminis . . . in statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus iudice Damiano condam Matei, Donato, filio iudicis Matei, testibus . . . Ibique Ciprianus Tudrouich, vice ac nomine Teodori patris sui, fuit contentus . . . se iuste teneri . . . iudici Nicolao Micolich . . . . . libras triginta tres paruorum . . . . .

**Pro Grisostomo contra Iohannem de Barnis.**

Die XVIIJ mensis Septembris. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Lamberto de Arimino, testibus . . . Ibique Iohannes condam domini Nicolai de Barnis millitis . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Grisostomo Nicolai domini Vanni de Firmo . . . . . ducatos quinquaginta duos boni auri . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit . . . . . cauecios quatuor panni sirici, sigillatos sigillo prefati condam domini Nicolai.

**Pro Blasio bechario contra Iohannem cerdonem**

Die XXV mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Vito Mateieuich, testibus . . . Ibique Iohannes cerdo . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Blasio bechario de Cilia . . . . . libras octoaginta quatuor paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet . . . . .

1) Taj unesak ostao u izvorniku nedovršen.



http://library.foi.hr

S. 614 **Pro Iohanne de Appullia contra Catarinam, uxorem iudicis Damiani.**

Die secundo mensis Octobris. In via publica ante domum infrascripte Catarine, presentibus PetroPaulo de Firmo, Francisco, filio meo, testibus ... Ibique Catarina, uxor iudicis Damiani, cum consensu dicti iudicis Damiani, dedit et designauit pro speciali pignere Iohanni de Sancto Seuero suam vineam siue pastinum, situm in Senichoui pro libris triginta tribus et solidis tribus cum dimidio.

**Pro suprascripto contra suprascriptam.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Suprascripta Catarina, cum consensu iudicis Damiani, viri sui, dedit et designauit Iohanni de Sancto Seuero suum ortum iuxta Dragam, uxorem Laureçichieuam pro libris centum lane, quas a dicto Iohanne habuit Tomasius de Berberio, maritus Catarine olim ancille dicti iudicis Damiani.

**Sequestrus Alegreti de Tragurio.**

Die septimo mensis Octobris. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Nicolao condam iudicis Pauli, Gregorio Rafaelich, testibus ... Ibique magister Alegretus de Tragurio, vice ac nomine Malgarite, uxoris sue, coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit asserens et dicens qualiter percepit, quod Nicolaus de Candia intendit vendere domum, sitam in dicta Terra Fluminis iuxta Blasutum, idcirco sequestrat et interdicit, et contradicit quod dicta domus vendi non possit usque ad iuris cognitionem.

**Procura Iohannis de Breseco.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Stefano Blasinich, Vito sarctore, testibus ... Ibique Iohannes de Grobinico, habitator Breseci, ..... ordinauit Iohannem Sandai ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... ad exigendum ab Agabito Contouich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Iohanne de Appullia contra Simonem de Dreuenico.**

Die septimo mensis Octobris. Ante domum mei notarij infrascripti, presentibus iudice Damiano condam Matei, Vlatcho marinario, testibus ... Ibique Simon de Dreuenico ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... ser Iohanni Rosa de Sancto Seuero ..... libras quatuordecim paruorum pro lana ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit ..... suam vineam, sitam in Coxala, hoc tamen addito, quod .....

**Procura Tome de Humago.**

Die octauo mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Mateo barberio, Paulo Chouacich, testibus ... Ibique Tomas Rosso, ciuis Humagi, ..... fecit ... magistrum Alegretum condam Marini de Tragurio ..... suum verum et legiti-



http://library.foi.hr

mum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa .....

**Procura Malgarite de Venetija.**
S. 615.

Die XJ mensis Octobris. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus Dimitrio marinario, Alegreto marinario, testibus ... Ibique domina Malgarita, uxor condam Pauli Nigro de Venetija ... (S. 615.) ... ordinauit Paulum Schanda de Venetijs et Georgium Grando, habitatorem Venetiarum, et quemlibet eorum in solidum ..... suos veros et legitimos procuratores ..... ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa .....

**Procura Petri Spinçich in Radoiam.**

Die XIJ mensis Octobris. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Iusto Samburich, Alegreto marinario, testibus ... Ibique Petrus Spincich ..... ordinauit magistrum Alegretum condam Marini de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Paulo Radauich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Agnolo contra Gregorium Gluchin.**

Die XVJ mensis Octobris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Petro Glauinich, Michaele de Labaco, cerdone, testibus ... Ibique Gregorius, maritus Elene Surde, ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Agnolo de Pisauro ..... libras viginti duas paruorum pro lana, habita a dicto creditore. Pro quibus quidem libris XXIJ dictus debitor promisit dare in manibus dicti creditoris pannum totum, quem conficiet ex dicta lana, ut ipsum vendat, et dictam pecunie quantitatem accipiat .....

**Pro Nicolao de Candia contra Iohannem Lisiçich.**

Die XXJ mensis Octobris. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Agabito Diraçich, Paulo barberio, Cipriano Fariçich, testibus ... Ibique Iohannes Lisiçich ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Nicolao condam Iohannis de Candia ..... ducatos viginti quatuor boni auri ..., et hoc pro resto solutionis vnius domus, vendite dicto debitori .....

**Pro suprascripto Nicolao contra Alegretum Possesich.**

Die ac loco suprascriptis, presentibus Agabito Diraçich, Iohanne Lisiçich, Paulo barberio, testibus ... Ibique Alegretus, vir Ellene(!) Possesine, ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Nicolao condam Iohannie de Candia ..... libras viginti paruorum, et hoc pro vno orto, empto a dicto creditore ......



http://library.foi.hr

**S. 616. Pro iudice Iacobo Micolich contra Bartolum cerdonem.**

Die XXIJ mensis Octobris. In platea Terre Fluminis . . ., presentibus iudice Mauro Vidonich, Vidacio sarctore, testibus . . . Ibique Bartolus cerdo . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . iudici Iacobo Micolich . . . . . ducatos septem boni auri . . ., in ratione librarum sex et solidorum quinque pro singulo ducato, pro pellibus . . . . .

**Pro illustribus dominis de Balsse contra Georgium Rompler, et eius uxorem, et Claram Martinçam.**

Die XXIIJ mensis Octobris. In curia domus infrascriptarum creditricum(!), presentibus iudice Georgio Ruseuich et Cipriano Fariçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Georgius Rompler de Labaco et Passina, eius uxor, et Clara Martinça, eius soror, simul et in solidum, fuerunt contente(!) . . . se iuste teneri . . . Grisano datiario . . . vice ac nomine illustrium dominorum de Balsse, libras ducentas septuaginta quinque et solidos quindecim paruorum, et hoc pro modijs nonaginta vno et cagnicijs viginti duobus vini, decime illustrium prefatorum dominorum . . . . .

**Pro Stefano de Cessena contra Marcum de Rauenna.**

Die XXV mensis Octobris. In platea Terre Fluminis . . ., presentibus ser Iohanne Rosa de Appullia, Iacobo Petriçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Marcus Clementis de Modrussia, habitator Rauenne, sponte . . . fuit contentus . . . . se iuste teneri . . . Stefano Andree de Veruetiça, habitatori Cessene, libras duodecim paruorum, quas dictus Stefanus prefato Marco mutuauit in dicta Terra Fluminis . . . . . Et ad maiorem cautellam . . . . . eidem obligauit . . . vellum a barcha sua.

**Procura Creste de Capisolo.**

Die XVIIJJ(!) mensis Nouembris. Ante portam Laurane, presentibus çupano Bencho Bucich, Franulo Michalich, ambobus de Laurana, testibus . . . Ibique Cresta, uxor condam Maioraci de Capisolo . . . . . fecit . . . Greschum piliparium de Laurana . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas habet siue habere intendit cum Martino Satanni quomodocunque . . . . .

**Pro Mateo barberio.**

Die XXIIIJ mensis Nouembris. Ante portam Terre Fluminis . . . a mari. Cum Mateus barbitonsor peteret a Marino Georgij, olim habitatore Venetiarum, solidos quadraginta nomine Marine, olim uxoris Iacobi cerdonis, et ipse Marinus responderet se dictos solidos XL$^{ta}$ dedisse et soluisse dicte Marine, idcirco predictus Marinus iurauit . . . . . si dictos solidos XL$^{ta}$ soluisse prefate Marine.

**S. 617. Pro Martino Spincich emancipatio.**

Die vltimo Nouembris. In littore maris ante Terram Fluminis . . ., presentibus iudice Nicolao Micolich, iudice Iacobo eius fratre, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibi-



http://library.foi.hr

que coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, et ambobus iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Chirinus Spincich de Castua asserens et dicens qualiter segregat et emancipat Martinum filium suum, licet absentem, a se, cui quidem Martino dat pro parte omnium bonorum, que sibi pertinere possent, omnias et singulas pecuniarum quantites, que quomodocunque ipsi Chirino dare tenentur et debentur tam in dicta Terra Fluminis quam alibi per totum orbem volens quod dictus Martinus possit et valeat ad omne sui libitum voluntatis ipsas pecuniarum quantitates petere et exigere a quauis persona, absque alicuius contradictione. Pro quibus omnibus et singulis .....

**Pro Radoia de Subinico contra Mateum barberium.**

Die septimo mensis Decembris. In domo domini presbiteri Gasparis, plebani, presentibus ipso plebano, iudice Mauro Vidonich, testibus ... Ibique Mateus barberius condam Antonij ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Alegreto Miligouich de Subinico ..... ducatos triginta octo boni auri ..., et hoc pro oleo habito a dicto creditore. Quos quidem ducatos ... dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori in prompta pecunia, absque aliqua dillatione et pignere usque ad .....

**Procura Dragote de Subinico.**

..... Anno Natiuitatis ..... MCCCCLVIJ, indictione quinta, die X mensis Ianuarij. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Gregorio Crunçich, magistro Mateo Bobanouich, ambobus de Subinico, testibus ... Ibique Dragota condam domini Rainaldi de Subinico ..... fecit ... ser Georgium condam ser Iohannis Chaminarich de Subinico ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... nominatim ad exigendum et recuperandum omnia et singula debita, contenta in quedam cirographo, scripto die prescripto manu dicti constituentis, qui est in manibus prefati procuratoris ...... Et ad comparendum coram generoso domino comite Subinici, et alio quocunque iudice ad agendum, petendum .....

**S. 618. Pacta ser Petri de Spalatro et Valentini de Selça.**

Die XJ mensis Ianuarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Francisco Petri de Fano, Blasiça condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus .... Ibique Petrus Francisci de Gulianis de Spalatro fuit contentus ... se habuisse ac recepisse a Valentino Nicolai de Selça ducatos octoaginta unum auri pro parte solutionis salmarum nouem olei, de qua olei quantitate duo milliaria debent dari pro precio ducatorum triginta quinque cum dimidio pro milliario, et residuum pro precio ducatorum triginta quinque auri.



http://library.foi.hr

**Pro Cessigna de Castua contra Mocenigo.**

Die XXIIJ mensis Ianuarij. In domo condam Iohannis Babich, presentibus Vito Mateieuich, Simone Pilar, testibus ... Ibique Tomas Mocenigo de Castua fuit contentus ... se habuisse ac recepisse ab Antonio Cessigna de Castua modios vndecim vini pro precio ... solidorum sexaginta octo pro singulo modio ..... Et ad maiorem cautellam dicti Antonij prefatus Tomas eidem obligauit et pro speciali pignere designauit Dolacium sancte Barbare in Schurigna.

**Pro Alegreto de Subinico contra Vitum Mateieuich.**

Die XXIIIJ mensis Ianuarij. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Iohanne merciario dicto Sachomano, testibus ... Ibique Alegretus Miligouich vendidit Suetine de Lipa vnum milliarium olei pro precio ... ducatorum triginta octo auri, et si non haberet aureos, quod tunc debeat dare monetam in ratione librarum sex et solidorum quatuor pro singulo miliario(!)[1]), his pacto et condicione, quo oleum quod nunc dictus Suetina recipiet a dicto Alegreto debeat soluere usque ad ..... Pro quo quidem Suetina Vitus Mateieuich fuit plegius et fideiussor pro omnibus et singulis suprascriptis .....

**Pro Radoia de Subinico contra Mateum barberium.**

Die XXVIIJ mensis Ianuarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus presbitero Iohanne Susselich, presbitero Chirino de Bresecio, testibus ... Ibique Mateus barberius condam Antonij fuit contentus ... se habuisse ac recepisse ab Alegreto Miligouich de Subinico cabros quinque et metros tres olei pro precio ... ducatorum triginta octo auri pro milliario .....

**Protestus presbiteri Antonij Vissignich. S. 619.**

Die vltimo Ianuarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Paulo barberio, Andrea Brodarich, testibus ... Ibique coram ambobus iudicibus comparuit presbiter Antonius Vissignich asserens et dicens (S. 619.) qauliter ipse perdidit pastinum suum, quem emit a Teodoro, pro fideiussione, quam fecit pro ser Georgio Glauinich, idcirco ipse presbiter Antonius ..... protestatus fuit contra dictum ser Georgium, ibidem presentem, de ducatis qui(n)quaginta auri pro dicto pastino.

**Procura presbiteri Ambrosij de Bucharo, et eius fratris Antonij.**

Die secundo mensis Februarij. In Terra Fluminis ... ante domum domini plebani, presentibus Iohanne Milasinich, Achatio Barlechouich, testibus ... Ibique presbiter Ambrosius de Bucharo, et eius frater Antonius, ..... fecit ... presbiterum Antonium Visignich ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a iudice

1) Na tom mjestu u izvorniku najprije je bilo pisano »ducato«, te precrtano i povrh napisano »miliario«. Mislimo, da se to desilo notaru omaškom, jer je naprijed u istom unesku označena vrijednost jednog milijara ulja s 38 zlatnih dukata, a na 616. str. izvornika u ispravi pod marginalnom rubrikom »Pro iudice Iacobo Micolich contra Bartolum cerdonem«, nalazimo gotovo istu oznaku vrijednosti odnosno protuvrijednosti zlatnog dukata, a ne milijara ulja.



http://library.foi.hr

Damiano condam Matei quicquid dictis constituentibus teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Grisostomo contra Iohannem Vicarich.**

Die quinto mensis Februarij. Ante macellum Terre Fluminis.. . presentibus iudice Nicolao Micolich, iudice Iacobo, eius fratre, Iacobo Bachinich, testibus ... Ibique Grisostomus de Firmo dixit Iohanni, filio condam domini Nicolai de Barnis, quod notificat sibi quod si a die crastina usque ad octo dies proxime futuros non exegerit pannos de sirico, quos habet in pignere, ipse Grisostomus faciet ipsos pannos incantari et subastari.

**Pro Iohanne Vicarich contra Iacobum Cuscich et Toman de Slugne.**

Die XIJ mensis Februarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Marco Cersatich, Veneciano de Cregnino, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Cuscich et Tomas condam Iohannis de Slugne, simul et in solidum, fuerunt contenti ... se habuisse ac recepisse a ser Iohanne condam generosi millitis domini Nicolai de Barnis ad affictum vnam barcam cum rebus infrascriptis, videlicet timone, largudula, vno fero de tre mare, meço vno resta nouo, vella bona, arbore, entena(!), celega, vno sacho de la vella, soste noue, manto nouo, orçe funda, dui remi da braçara noui, tri(!) remi piçoli, tre forchade, due batuluge, his pactis et condicionibus, quod dicti Iacobus et Tomas ..... teneantur et debeant nomine affictus dare dicto ser Iohanni vnam barcham lignorum singulo mense, et si non darent dictam barcham lignorum, dare debeant libras tres paruorum. Pro quibus omnibus et singulis .....

**Pro Tomasio contra Laurentium Spinçich. S. 620.**

Die XIIJ mensis Februarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Mateo condam ser Donati, ser Simeone Maurich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Laurentius Spinçich ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... (S. 620.) Tomasio condam Iohannis de Mutiniça bechario ducatos quindecim cum dimidio boni auri ..... Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Pro ser Iohanne de Appullia contra Tomasinum.**

Die XVJ mensis Februarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus ser Bartolo Bachinich, Alegreto de Tragurio, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Vegla ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Iohanni de Rosis de Appullia ..... ducatos octo cum dimidio boni auri ..., et hoc pro duabus barilis clauorum, quas iudex Tonsa emit a dicto ser Iohanne ...... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit ..... suam domum, sitam in dicta Terra Fluminis, in qua habitabat Bartolomeus Matuicij, his pacto et condicione, quod .....



http://library.foi.hr

**Pro Tomasino de Vegla contra iudicem Tonsam.**

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Stefano Blasinich, Chirino Spinçich, testibus . . . Ibique iudex Tonsa . . . . . promisit Nicolao Tomasini de Vegla, quod ipsi soluet et satisfaciet quicquid ipsi tenetur usque ad . . . . . . quacunque ratione uel causa . . . . . .

**Protestus Chirini Spinçich.**

Die XVJ mensis Februarij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Damiano condam Matei, Antonio cerdone, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique coram ser Vito Barulich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Chirinus Spinçich asserens et dicens qualiter ipse dedit in pignere Paulo Benchouich de Laurana vnam domum, que fuit Iohannis merciarij, sitam in dicta Terra Fluminis, pro libris trecentis et quadraginta, quas ipsi Paulo nunc dare tenetur vigore sententie, late per regimen dicte Terre Fluminis, et quas dicit ipsi Paulo soluisse, idcirco ipse Chirinus . . . . . protestatus fuit contra prefatum Paulum, presentem et non contentatem(! contentantem) de ducatis centum auri, pro prescripta domo si ipsam perdet ob hanc causam . . . . .

**Procura Pauli de Laurana. S. 621.**

Vltrascriptis die ac loco ac testibus. Paulus Benchouich de Laurana . . . . . ordinauit Gregorium piliparium de Grobinico . . . . . . (S. 621.) suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad facere incantandum et subastandum, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, domum que fuit Iohannis merciarij, et quam Chirinus Spinçich dedit pro pignere dicto constituenti. Et generaliter . . . . .

**Protestus Chirini Spinçich.**

Die XVIJ mensis Februarij. In Barbachano Terre Fluminis . . . , presentibus Veneciano de Cregnino, Nicolao Repeglich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, et iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Chirinus Spincich asserens et dicens qualiter his diebus elapsis magnificus comes Martinus ipsi Chirino accipi fecit porcos triginta nouem pro debito tam ipsius Chirini et eius filij Martini quam pro debito Laurentij et Petri Spincich, fratrum, et Blasij becharij de Cilia, quod ipsi Chirino in maximum redundat damnum, idcirco . . . . ipse Chirinus protestatus fuit contra prefatos Laurentium, Petrum, et Blasium singula die pro suis damno et interesse de ducato medio auri quousque ipsi Chirino predicti porci non fuerint restituti siue quilibet dictorum Laurentij, Petri, et Blasij non soluerit partem dicti debiti . . . . .



http://library.foi.hr

Pro Paulo de Iuanich contra Chirinum Spinçich.

Die prescripto. In Terra Fluminis ... in curia domus mei notarij infrascripti, presentibus Blasio condam Antonij de Segna, Michaele Paulich de Iuanich, testibus ... Ibique Chirinus Spinçich de Castua sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Paulo Benchouich de Iuanich ..... ducatos quinquaginta duos boni auri ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit ..... domum suam, sitam in dicta Terra Fluminis iuxta iudicem Nicolaum Micolich, liberam et francham ab omni liuello et grauamine ..... Hoc pacto et condicione .....

Pro suprascripto Paulo contra iudicem Mateum.

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Blasuto condam Petri, Vito SlatoVlassi, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati, tanquam plegius et fideiussor Blasij becharij de Cilia, sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Paulo Benchouich de Iuanich ..... ducatos viginti sex boni auri et iusti ponderis, quos ducatos dare et soluere promisit dictus iudex
S. 622. Mateus predicto Paulo in prompta pecunia usque (S. 622) ad festum ......

Pro Paulo de Iuanich contra iudicem Vitum Barulich.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iudex Vitus Barulich, tanquam plegius et fideiussor Laurentij Spinçich, sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Paulo Benchouich de Iuanich ..... ducatos quinquaginta duos boni auri ... in promta pecunia ..... usque ad festum ..... Cui quidem iudici Vito Barulich Bartolus Bachinich et ser Simeon Maurich se constituerunt contraplegios pro suprascripto Laurentio.

Finis pro Simone Pilar.

Die XVIIJ mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis ... coram spectabili viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis, iudex Vitus condam ser Matchi dixit et asseruit, quod ipse est contentus a Simone Pilar de omnibus et singulis sumptibus et expensis, quos et quas quomodocunque fecit pro molendinis, secca, et valcha superioribus desuper Jeluo, faciens dicto Simoni finem. dimissionem, quietationem ..... de omnibus et singulis iuribus et actionibus, ad que uel quas dictus Simon prefato iudici Vito teneretur ob dicta molendina, seccam, et valcham, qui dicuntur in Sclabonico Goregne Selo.

Sequestrus Matei Choceuar nomine Vrsule, neptis sue.

Die ac loco prescriptis, presentibus iudice Damiano condam Matei, Martino Crapina, testibus ... Ibique coram iudice Vito Barulich comparuit Mateus Choceuar, nomine Orsule, neptis sue, asserens et dicens qualiter interdicit et sequestrat in manibus Alegreti de Tragurio ..... vnum vellum de sirico, et vnum de bombace teotonicum, et vnam gonelam albam cum



http://library.foi.hr

chonchis et botonis ipsi pertinentibus, et vnam peciam quam habet in capite, et vnum fillum de margaritis, vnam vernaciam nigram nouam, vnam pelitiam, et vnam carpetam, quam emit a Clara de Signaniça, et duas interulas, et vnum lenciolum, et vnum par paternoster de ambro nigro, et vnam peciam usque ad iuris cognitionem, quas quidem res omnes Vita, olim vxor Iohannis merciarij reliquit in suo vltimo testamento Catarine, tunc eius ancille, et olim sororis dicte Vrsule de Brineis, uti clare constat testamento dicte condam Vite.

**Pro Iohanne Baloch contra Antonium sarctorem.**

**S. 623.**

Die quarto mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Blasio condam Antonij, Paulo Vidotich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Antonius sarctor de Iadra condam Benedicti sponte . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Iohanni Baloch de Labaco . . . . . libras triginta paruorum, et hoc pro serabulis panni linei, habitis a dicto creditore. Quam quidem (S. 623.) pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet . . . . .

**Pro domino episcopo Polensi contra Laurentium Spinçich.**

Die quarto mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Bartolo Bachinich, iudice Mateo condam ser Donati, ser Grisano condam iudicis Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Laurentius Spinçich sponte . . . . . promisit domino presbitero Iohanni, arcidiacono Albone, quod ipse dabit et numerabit reuerendo domino domino Moysi de Bufarelis, episcopo Polensi, marchas quindecim denariorum, et Michaeli, eius cancelario, ducatos quinque auri usque ad festum . . . . . in prompta pecunia . . . . . et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, quam fecit pro Laurentio Sinçich de Castua.

**Pro Laurentio Spinçich contra Laurentium Sinçich.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Laurentius Sinçich promisit Laurentio Spinçich, quod octo diebus ante festum . . . . . ipse dabit et consignabit dicto Laurentio Spinçich tot et tanta pignera siue promptam pecuniam in dicta Terra Fluminis, quod poterit absque damno soluere et satisfacere domino episcopo Polensi marchas quindecim et Michaeli, eius cancelario, ducatos quinque auri. Et si dictus Laurentius Sinçich non ad impleret suprascripta, quod tunc et eo casu dictus Laurentius Spinçich possit et valeat vineam prefati Sinçich, sitam in Schurigna, quam ipsi designauit, pro pignere facere vendi ad publicum incantum, et si aliquid deficeret prefato Laurentio Spinçich idse Laurentius habere possit regressum ad dictum Laurentium Sinçich, et eius bona, quousque ipsi Laurentio Spinçich fuerit integre solutum et satisfactum . . . . .



http://library.foi.hr

**Pro Baldasare contra Elenam Babichieuam.**

Die quinto mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Chirino Spinçich, Veneciano de Cregnino, Cipriano Tudrouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Elena Babichieua, cum voluntate et consensu Martini, viri sui, . . . . . fuit contenta . . . se iuste teneri . . . . Baldasari Pennersterfer . . . . . ducatos quinquaginta tres boni auri . . . nomine mutui . . . . . Et ad maiorem cautellam dicti creditoris

**S. 624.**

dictus(!) debitrix eidem obligauit . . . (S. 624.) . . . medietatem domus, site in dicta Terra Fluminis, et medietatem domus, site iuxta Fluuium.

**Pro Iohanne Vicarich, contra Georgium Andregetich.**

Die quinto mensis Marcij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Vito Mateieuich, Iohanne dicto Iagnaç, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Georgius Andregetich fuit contentus . . . se habuisse ac recepisse a ser Iohanne condam domini Nicolai de Barnis libras decem et octo paruorum pro solutione liuelli sex annorum.

**Pro iudice Nicolao et Iacobo, fratribus, contra Iohannem Baloch.**

Die ac loco suprascriptis, presentibsu Nicolao Vicarich, Veneciano de Cregnino, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Iohannes Baloch de Labaco sponte . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . iudici Nicolao Micolich et iudici Iacobo, fratribus, . . . . . ducatos octoaginta boni auri . . . , et hoc pro oleo habito a dictis creditoribus. Pro quibus quidem ducatis LXXX dictus Iohannes dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis canipacium pro precio et nomine precij solidorum septem pro singula macia usque ad . . . . . Et si non daret canipacium . . . , quod tunc dare teneatur promptam pecuniam . . . . .

**Pacta Francisci de Fano et iudicis Martini de Cregnino.**

Die XJ mensis Marcij. Ante domum Georgij hospitis iuxta Fluuium, presentibus iudice Damiano condam Matei, Leonardo Batello de Venetijs, testibus . . . Ibique iudex Martinus Cotermanich de Cregnino fecit pactum et concordium cum Francisco Petri de Fano videlicet, quod dictus iudex Martinus dare et consignare promisit iuxta littus maris usque ad . . . . . infrascripta lignamina, videlicet planchonos sex pro libris 4or pro singulo, longitudinis passuum quatuor, planchonos quatuor longitudinis passuum quinque pro libris quinque pro singulo, trabes sexdecim passuum 4or pro solidis 40, trabes octo passuum quinque pro solidis quinquaginta pro singulo(!), secundum morelos, qui sunt in manibus mei notarij infrascripti, hoc tamen addito, quod si dictus Franciscus vellet quod predicta lignamina portarentur siue conducerentur ad dictam Terram Fluminis, quod tunc et eo casu dictus Franciscus teneatur soluere medietatem expensarum, que occurrerent in conducendo a Buchariço usque ad dictam Terram Flu-



http://library.foi.hr

minis, et dictus iudex Martinus teneatur ipsum(!) conduci facere, promittens prefatus Martinus omnia et singula suprascripta attendere.....

**Testificatio pro Petro de Spaleto.**

Die XJ mensis Marcij. Coram domino capitaneo, iudicibus, et consilio, sedentibus in lobia comunis, constitutus Mateus Dragaci de Tragurio, testis productus per Petrum Juliani de Spaleto, dixit et testificatus fuit qualiter iudex Mateus condam ser Donati restitit debitor dicto Petro pro oleo, quod dictus iudex Mateus vendidit Tergesti.

**S. 625. Procura Petri de Spaleto in ser Grisanum.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Iacobo Micolich, testibus...... Ibique Petrus Juliani de Spaleto..... fecit... ser Grisanum condam iudicis Martini..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum a iudice Mateo condam ser Donati quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa.....

**Pro Iohanne Barbich.**

Die XIIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis... Simon Oslich, Martinus Satanni,(et) Ambrosius Radolich, missi a regimine dicte Terre Fluminis ad videndum et discernendum differentiam, existentem inter Iohannem Barbich et Crestam Gastaldouam, dixerunt et retulerunt michi Antonio, notario infrascripto, quod pallus, quem posuit dictus Iohannes, qui dicitur in Sclabonico stabar, positus inter domum dicti Iohannis et Creste sit bene positus, et quod dictus Iohannes recte posuit, et super suo territorio.

**Pro Laurentio Spincich et Petro et Blasio bechario.**

Die al(!ac) loco prescriptis. Generosus vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, et ser Vitus Barulich, ad presens iudex dicte Terre Fluminis, retulerunt michi notario infrascripto qualiter die..... sub arbore populea. que est ante portam dicte Terre Fluminis, coram ipsis comparuit Laurentius Spinçich, suo nomine ac nomine et vice Petri Spinçich, eius fratris, et Blasij becharij, eius socij, rogans Chirinum Spinçich, fratrem suum, quod vellet accedere Iastrebarschum pro videndo ius pro porcis ipsis Chirino et eius filio(!) Martino, Laurentio, Petro, et Blasio acceptis, per subditos magnifici comitis Martini, pro debito Martini Briganich de Riçiçe, secundum ordinem et preceptum prefati comitis Martini, qui Chirinus respondidit: «Ego nolo accedere illuch(!) nec unquam petam a vobis aliquid hac de causa, ego iam solui dictos porcos.«



http://library.foi.hr

Pro iudice Nicolao contra iudicem Tosam.

S. 626.

Die XVJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Mauro Vidonich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique iudex Tonsa condam ser Nicole sponte . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . iudici Nicolao Micolich . . . . . ducatos triginta quinque auri boni et iusti ponderis, et hoc pro saldo et calcullo (S. 626.) omnium et sigularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad presentem diem. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad . . . . .

Pro Georgio Stupar contra Vitum Mateieuich.

Die XVIIIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Rafaele de Fossambruno, Martino Crapina, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Vitus Mateieuich de dicta Terra Fluminis . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Georgio Stupar de Bistriçe . . . . . ducatos viginti boni auri . . . nomine mutui . . . . . .

Pro suprascripto Georgio contra suprascriptum Vitum.

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Vitus Mateieuich . . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Georgio Stupar de Bistriçe . . . . . ducatos vndecim boni auri . . . , et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta dicto Georgio pro Iohanne dicto Iagnac, quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus Vitus prefato creditori usque ad . . . . .

Protestus Laurentij Sinçich, Laurentij et Petri Spincich, et Blasij becharij.

Die prescripto. Ante portam Terre Fluminis . . . a mari, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Mateo barberio condam Antonij, Iusto Samburich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibiqeu coram generoso viro domino Andrea de Foramine, honorabili capitaneo dicte Terre Fluminis, comparuit Laurentius Sinçich de Castua, Laurentius Spinçich de Castua, et Petrus eius frater, et Blasius becharius, asserentes et dicentes qualiter Martinus, filius Chirini Spinçich fecit sequestrare apud Andream Volçich de Iustinopoli becharium libras trecentas paruorum, quas prefatis Laurentio et Laurentio et Petro et Blasio dare tenetur dictus Andreas pro bobus, habitis a dicto creditore contra omne iuris debitum, idcirco predicti Laurentius Sinçich, Laurentius et Petrus fratres, et Blasius becharius . . . . . protestati fuerunt contra prescriptum Martinum, absentem sed tanquam presentem, et Chirinum Spinçich, ibidem presentem, singula die de vno ducato auri, incipiendo . . . . .

S. 627. Procura Petri Spinçich.

Die prescripto. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Blasio bechario, Martino Crapina, testibus . . . Ibique Petrus Spinçich . . . . . fecit . . . Alegretum de Tragurio . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et



http://library.foi.hr

recuperandum a Martino cerdone de Labaco quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro Petro Spinçich contra Martinum cerdonem.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Martinus cerdo de Labaco ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Petro Spinçich de Castua ..... libras centum et tres paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro Petriça contra ser Georgium Glauinich.**

Die XX mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Iacobo Micolich, iudice Damiano condam ser Matei, Francisco Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Georgius Glauinich ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Petro condam iudicis Chirini Glauinich ..... libras quinquaginta quinque paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Sequestrus Petre Cendacheue de Castua.**

Die XXJ mensis Marcij, presentibus Vito Mateieuich, Toma remerio, testibus ... Ibique coram generoso viro domino Andrea, capitaneo, iudice Vito Barolich, tunc iudice, comparuit iudex Georgius Ruseuich, vice ac nomine Petre, uxoris Cendachi de Castua, asserens et dicens qualiter interdicit et sequestrat vineam, quam Paulus Radauich emit a Cecilia, uxore condam Ilie, sitam in Bugudo (! Burgudo) in loco dicto Sebegnin Dol.

**S. 628. Procura Eufemie de Cersato.**

Die XXJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Iohanne Rossouich, Laurentio Spinçich, testibus ... Ibique Eufumia, filia Bartoli de Cersato, cum voluntate Orse, matris sue, ..... fecit ... magistrum Alegretum de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Clemente capelario quicquid dicto (!) constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Procura Trabossi de Grobinico.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Vrbanus dictus Trabosso de Grobinico ..... ordinauit magistrum Alegretum de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Nicolao Chernich vnum ducatum auri .....

**Locatio vinee pro ser Bartolo Bachinich.**

Die XXIJ mensis Marcij. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Damiano cerdone, Nicclao Cigantich, testibus ... Ibique ser Bartolus Bachinich dedit et locauit ad laborandum Siuicho molendinario suam vineam, que dicitur Braida usque ad quinque annos ....., his pactis et condicio-



http://library.foi.hr

nibus, quod dictus Siuichus teneatur et debeat bene laborare dictam vineam, secundum consuetudinem Terre Fluminis .....

**Pro Grisostomo de Firmo contra Simonem Vicarich.**

Die XXIIIJ mensis Marcij. In curia mei notarij infrascripti, presentibus magistro Alegreto de Tragurio, Francisco Cigantich, testibus ... Ibique cum Simon condam domini Nicolai de Barnis emerit ad publicum incantum frustra quatuor pannorum siriceorum pro ducatis LJ auri, quos Grisostomus Nicolai de Firmo subastare et incantare faciebat pro ducatis XXXVIIIJ, uti constat in actis mei notarij infrascripti, idcirco predictus Simon conuenit et pactiçauit cum prefato Grisostomo quod expectare debeat ipsum Simonem usque ad octo dies pro suprascriptis triginta nouem ducatis auri, infra quem terminum prelibatus Simon dare et soluere promisit dicto Grisostomo suprascriptos ducatos XXXVIIIJ, hoc pacto et condicione, quod si dictus Simon non solueret ... pretacto Grisostomo in suprascripto termino, quod tunc ... dicta quatuor frustra pannorum siriceorum sint et esse debeant predicti Grisostomi .....

**S. 629. Pacta iudicis Martini Cotermanich et Blasij Emerisich cum PetroPaulo de Firmo.**

Die XXVJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Mateo barberio, Donato iudicis Matei, Iusto Samburich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Martinus Cotermanich et Blasius Emerisich, ad presens habitatores Cregniri (! sigurno omaškom mjesto »Cregnini«), dare et consignare promiserunt Bucharici PetroPaulo condam Dominici de Firmo usque ad festum ..... lignamina infrascripta pro precijs infrascriptis, videlicet çabronos trecentos passuum quatuor pro libris tresdecim pro singulo centenario, item çabronos trecentos passuum trium pro libris vndecim pro singulo centenario, item chosolcios ducentos passuum duorum cum dimidio pro libris vndecim pro singulo centenario, item cosolcios (naprijed »chosolcios«) centum vnius passus cum dimidio pro libris quinque pro cetenario(!), item cosolcios centum duorum passsuum pro libris octo pro centenario, item trabes quinquaginta passuum quatuor pro solidis decem et octo pro singula trabe, (item) trabes quinquaginta passuum sex pro solidis quadraginta quinque pro singula, (item) trabes triginta passuum quinque pro solidis triginta pro singula, et quod altitudo respondere debeat longitudini, item planchonos decem passuum quinque pro solidis nonaginta pro singulo, item planchonos decem passuum quatuor pro libris quatuor pro singulo, secundum morelos inter ipsos factos. Qui iudex Martinus et Blasius fuerunt contenti ... se habuisse pro ara et parte solutionis dictorum lignaminum libras quadraginta quatuor et solidos duos. Pro quibus omnibus .....



http://library.foi.hr

**Pro Alegreto de Subinico contra Georgium Volchouich.** Vltrascriptis die ac loco, presentibus Ambrosio Dolinich, Barulo Chergnaueçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius Volchouich de Subinico dedit ser Alegreto Miligostich de Subinico..... calicem argenteum deauratum cum patena, quem dicit se habuisse ab Andrea Duimouich de Vegla pro libris viginti et solidis quatuor paruorum, et hoc pro precio.... librarum viginti paruorum et solidorum quatuor ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, allienandum....., hoc pacto tamen et condicione, quod.....

**S. 630. Pro Paulo Radauich.** Die XXVIIIJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis..., presentibus Vito sarctore condam Georgij, Blasio condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Vitus Barulich, ad presens iudex, retulit michi notario infrascripto qualiter nec Petra, uxor Cendachi de Castua nec aliqua alia persona eius nomine comparuit coram iudicio dicte Terre Fluminis qui vellet nec intenderet prosequi ius suum occasione sequestri et interdicti, facti coram iudicio prescripto per iudicem Georgium Ruseuich de anno presenti.....

**Pro Petro balistario contra Simonem Pilar.** Die penultimo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis..., presentibus iudice Stefano Blasinich, Blasutho condam Petri, testibus... Ibique Simon Pilar..... fuit contentus... se iuste teneri... Petro balistario condam Iohannis..... libras triginta paruorum, et hoc pro vino, habito a dicto creditore..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit..... suum ortum, situm in Luchi.

**Procura Georgij Vsechouich in Alegretum.** Die XVIJ mensis Aprilis. In littore maris ante portam Terre Fluminis..., presentibus Blasio condam Antonij de Segna, Milasino calafato, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius Vseschouich, habitator Venetiarum.... fecit... magistrum Alegretum de Tragurio..... suum uerum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum a Paulo Radauich libras sexdecim, pro quibus dixit dictum Paulum fuisse plegium et fideiussorem pro Elena Babichieua.....

**Copia vnius litere, misse regimini Segne.** Copia vnius litere, misse iudicibus Segne. Nobiles et egregij amici carissimi. Coram nobis comparuit Iohannes de Fantonis de Florentia, tanquam procurator ser Dominici, eius fratris, asserens et dicens qualiter habet in pignere nonnullas res condam Luce Pesce de Florentia, quas pretendit subastari facere, quapropter amicicias vestras precamur dignemini precipere heredibus prefati condam Luce siue eius commissarijs aut illis ad quos spectat, quatenus a die presentationis presentium usque ad nouem dies tunc immediate secuturos, quorum no-



http://library.foi.hr

uem dierum tres pro primo, tres pro secundo, et tres pro tercio et vultimo peremptorio assignamus termino, exigere debeant ipsas res aliter dabimus licenciam prefato Iohanni, nomine quo supra quod subastari faciat eas res, et de precepto ipsis facto nos vestris literis aduisare placeat, offerentes nos similia ac maiora pro vobis vestrisque facturos. Valete. Datum in Terra Fluminis sancti Viti die XXJ Aprilis 1457.

Andreas de Foramine, capitaneus, iudices, et consilium Terre Fluminis sancti Viti.

**A tergo:** Nobilibus et egregijs viris dominis . . . . . ,[1]) honorabilibus iudicibus ciuitatis Segne, amicis carissimis.[2])

**S. 631. Pro Petro - Paulo de Firmo contra Georgium Terdo Selexo de Lach.**

Die XXVIJ mensis Madij.[3]) In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Iohanne Milasinich, Georgio dicto Churse, testibus . . . Ibique Georgius Terdo Selexo promisit . . . . . PetroPaulo de Firmo dare et consignare schlopetos quinquaginta, illius bonitatis et sortis sicut ipsi monstrauit in dicta Terra Fluminis, usqeu ad festum . . . . . pro precio . . . ducatorum tresdecim boni auri . . . . .

**Procura Marine Postolarice.**

Die XXVIIIJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Laurentio Spinçich, Iohanne Milasinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Marina, uxor condam Iacobi cerdonis, . . . . . fecit . . . magistrum Alegretum de Tragurio . . . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas habet siue habitura est cum me Antonio notario infrascripto, et ad comparendum coram regimine dicte Terre Fluminis ad agendum, petendum, respondendum . . . . .

Instrumenta sequentia sunt scripta a me Antonio de Renno postquam refutaui cancelariam Fluminis, et non fui cancelarius quia volebant michi minuere salarium.[4])

**Pro Radoia de Subinico contra dominam Anastasiam.**

. . . . . Anno Natiuitatis . . . MCCCCLVIJ, indictione quinta, die XXIIJ mensis Madij. In Terra Fluminis . . . in domo habitationis infrascripte domine Anastasie, presentibus iudice Vito Barulich, iudice Demiano condam Matei, Rafaele de Fossambruno, testibus . . . Ibique domina Anastasia, uxor condam ser

---

1) U izvorniku na tom mjestu ostala neispisana imena senjskih sudaca, kojima je to pismo upućeno.

2) Donosimo in extenso slučaj zamolnice za pravnu pomoć između dva susjedna grada, Rijeke i Senja.

3) Kako se taj unesak nalazi između isprava odnosno unesaka datiranih »die XXJ *Aprilis*« i »die XXVIIIJ mensis *Aprilis*« sigurno je datum »die XXVIJ mensis *Madij*« omaškom pisan mjesto »die XXVIJ mensis *Aprilis*«.

4) Iz te naslovne bilješke vidimo, da je riječki notar i kancelar Antun Franjin de Renno prestao da vrši službu gradskog kancelara u Rijeci u mjesecu svibnju 1457. god., jer mu je, po njegovom navodu općinska uprava htjela sniziti plaću, tako da od dana 23. svibnja 1457. obavlja samo službu gradskog notara.



http://library.foi.hr

Donati sponte ..... fuit contenta ... se iuste teneri ... Alegreto Milogostich[1] de Subinicho ..... ducatos septuaginta unum boni auri et iusti ponderis et libras quinque et solidos quatuor paruorum, et hoc pro mercancija, quas habuit iudex Mateus, filius prefate debitricis a predicto Alegreto .....

**S. 632.**
**Pro Petro Chonç contra Iagnaç.**

Die XXV mensis Iunij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus presbitero Iohanne Susselich, Martino cerdone, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iohannes dictus Iagnaç fuit contentus ... se habuisse ac recepisse a Petro Chonç de Lach vnum milliarium ferri minus libris viginti duabus pro precio ... ducatorum vndecim auri pro milliario .....

**Procura iudicis Nicolai in Iohannem, eius filium.**

Die XXV mensis Iunij. In Terra Fluminis ..., presentibus Damiano condam Matei, Paulo Mortatich, ambobus de dicta Terra Fluminis, Massio Cicareli de Ortona a mari, testibus ... Ibique probus vir ser Nicolaus Antonij Micolich de dicta Terra Fluminis ..... ordinauit Iohannem, filium suum, ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum, petendum, recipiendum, et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa Pisauri, Fani, et vbique locorum .....

**Pro ser Iohanne de Appullia contra dominam Nastam.**

Die XXV mensis Iulij. In Terra Fluminis ..., in domo habitationis infrascripte debitricis, presentibus ser Bartolo Bachinich, Rafaele de Fossambruno, PetroPaulo de Firmo, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique domina Anastasia, uxor condam ser Donati, sponte ..... fuit contenta ... se iuste teneri ... ser Iohanni de Rosis de Neapoli, habitatori dicte Terre Fluminis, ..... ducatos octoaginta octo boni auri ... et solidos sexaginta quatuor paruorum, et hoc pro milliarijs octo et libris quadraginta quatuor ferri, que et quas a dicto creditore habuit iudex Mateus, filius prefate debitricis. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit prefata debitrix predicto creditori per terminos infrascriptos,
**S. 633.** videlicet ... (S. 633.) ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dicta debitrix, de voluntate et consensu prelibati iudicis Matei, eius filij, eidem creditori obligauit ..... domum totam superius et inferius, sitam in platea iuxta heredes iudicis Bachini et viam publicam, et milliaria tria et libras trecentas salnitri .....

**Procura Blasij becharij.**

Die quarto mensis Augusti. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Laurentio Spinçich, Paulo de Crupa, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Blasius condam Georgij de Cilia, ciuis dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit Blasium con-

---

1) Drugdje nalazimo i »Miligostich«.



http://library.foi.hr

dam Antonij de Segna, ciuem dicte Terre Fluminis, ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa in partibus Ystrie quam alibi, et de per eum receptis finem .....

**Protestus Bartoli cerdonis.**

Die XVIIIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis ... in sacristia ecclesie sancte Marie, presentibus Martino subdiacono, filio Nicolai, Iohanne subdiacono, filio Iohannis sarctoris. Ibique coram venerabili viro domino presbitero Iohanne Micolich, arcidiacono, et capitulo dicte Terre Fluminis, comparuit Bartolus cerdo asserens et dicens qualiter presbiter Mateus scribere fecit reverendo domino episcopo Polensi nonnulla, que sunt contra famam suam, et vxoris sue, et filij sui subdiaconi Viti, quapropter accedit Polam ad reverendum dominum episcopum, idcirco protestatus fuit contra dictum presbiterum Mateum, ibidem presentem, de ducatis quatuor auri pro damno, interesse, et expensis factis et fiendis hoc itinere, conuocans ipsum quod respondere debeat sibi coram reverendo domino episcopo Polensi .....

**Procura Antonij de Arimino.**

Die vltimo mensis Augusti. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Blasio cerdone condam Antonij de Segna, Iohanne Marnich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Antonius Petri Stefani de Arimino, ciuis Segne, ..... fecit ... Franciscum, filium mei notarij infrascripti, ..... suum verum et legitimum procuratorem, ..... ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ex causa .....

**S. 624 1/2 [1]) Procura filie, et duorum filiorum condam domini vicarij.**

Die primo mensis Septembris. In Terra Fluminis ... in domo habitationis infrascripti Francisci, presentibus Iohanne de Fantonis de Florentia, Agnolo condam ser Iacobi de Pisauro,

---

1) Kodeks je izvorno bio foliiran, a tek su ga naknadno paginirali ili riječki kancelar Guerino Tranquilli god. 1544. ili, što je vjerojatnije, riječki suci i rektori, koji su pronašli taj kodeks god. 1849. u podrumu Isusovačkog kolegija (v. uvod ovoj radnji u »Vjesniku« Državnog arhiva u Rijeci, III, 1—3, Rijeka 1955—1956), sigurno zato što su mu već tada, kao i danas, manjkala prva 24 lista.
Mi se u ovom izdanju držimo, zbog manjkavosti izvorne folijacije, te naknadne paginacije.
Međutim u daljnjem čitanju rukopisa opažamo, da je on između 633. i 634. str. paginiran interpoliranom paginacijom i to brojevima 624 1/2 — 633 1/2, u svemu 10 stranica, iza čega slijedi ponovno redovita paginacija na 634. str. Ne možemo objasniti tu interpoliranu paginaciju, jer unesci odnosno isprave na str. 633. i dalje na interpolirano paginiranim 624 1/2 — 633 1/2 str. slijede redovito datirani od 4. kolovoza do 22. prosinca 1457. god. Na 634. str. počinju isprave datirane god. 1458. (računajući godinu »a Nativitate« t.j. s 25. XII., koje je računanje bilo u Rijeci toga doba u upotrebi). Na stranicama 624. i 625. izvornika, uz koje bi se te interpolirano paginirane (624 1/2 — 633 1/2) str. trebale odnositi, unesci su redovito datirani od 5. — 16. ožujka 1457. god. Ne vidimo razlog koji bi opravdavao tu interpoliranu paginaciju.
Neopravdanost te interpolirane paginacije utvrđuje i sama izvorna folijacija, koja na tom mjestu u izvorniku teče redovito od 342. — 346. folija. Iako ta od strane uređivača ovog kodeksa interpolirana paginacija nije značajna, na nju smo bili dužni upozoriti zbog naše oznake paginacije u izdanju, da to ne bi pri pažljivom čitanju nanosilo zbrku.



http://library.foi.hr

ambobus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique nobilis domina Catarina, vxor ser Francisci condam Petri de Fano ... et fillia generosi condam millitis domini Nicolai de Barnis de Sancto Seuerino, et Franciscus et Simon, eius fratres, ..... ordinauerunt nobilem virum Simonem Sagagnich, vicecomitem Nouigradi ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad interdicendum et sequestrandum tam Segne quam per totum dominium magnificorum comitum Segne omnes et singulas res et bona, spectantes et pertinentes ..... quomodocunque hereditati prefati domini Nicolai millitis aut domine Malgarite, eius consortis. Et generaliter .....

**Pro filia et duobus filijs condam domini Nicolai vicarij contra Iohannem, eorum fratrem.**

Die tercio mensis Septembris. In platea Terre Fluminis ... ser Vitus Barulich, ad presens iudex dicte Terre Fluminis, retulit michi notario infrascripto qualiter ad requisitionem ser Francisci de Fano, nomine ac vice domine Catarine, uxoris sue, et Francisci et Simonis, fratrum, (filiorum) condam generosi millitis domini Nicolai de Barnis, Iohannes, eorum frater, coram ipso domino iudice ac consilio dicte Terre Fluminis ..... promisit prefatis ser Francisco, nomine quo supra, et Francisco et Simoni, fratribus, quod ipse Iohannes soluet et reficiet partem dictorum trium ex omnibus et singulis rebus, que deficient in domo prefati condam domini Nicolai, sita in dicta Terra Fluminis, in qua nunc habitat dictus Iohannes.

**Pro Stefano textore contra Mortath, et eius filium.**

Die quinto mensis Septembris. In Terra Fluminis ... ante ecclesiam sancte Barbare, presentibus Georgio sarctore condam Stefani, Blasio condam Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Stefanus Mortath et Paulus, eius filius, ..... simul et in solidum fuerunt contenti ... se iuste teneri ... Stefano textori, habitatori ville que dicitur Semmelie, ..... ducatos vndecim boni auri ... nomine mutui. Quos quidem ducatos dare et soluere promiserunt prefati debitores simul et in solidum predicto creditori usque ad quinque annos ....., his pactis et condicionibus quod .....

**S. 625½. Procura Matei Scampich.**

Die octauo mensis Septembris. In platea Terre Fluminis ..... presentibus presbitero Alexandro, Vito Mateieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Mateus Schampich, ciuis Albone, ..... ordinauit ser Grisanum condam iudicis Martini ... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a Martino Iuich de Grobinico quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....



http://library.foi.hr

**Protestus Blasij becharij.**

Die XXJ mensis Septembris. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Laurentio Spinçich, Paulo barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis, comparuit Blasius becharius condam Georgij asserens et dicens qualiter Tomasius becharius condam Iohannis de Mutiniça sibi retinet uel detinere facit libras centum viginti paruorum, quas ipsi Tomasio dedit ad societatem boni et mali iam pluribus mensibus, quod eidem Blasio redundat in maximum damnum et detrimentum, idcirco dictus Blasius . . . . . protestatus fuit contra prefatum Tomasium . . . . . singula die de solidis viginti, incipiendo ab illa die in qua calcullata et saldata fuit ratio inter ipsos, et de expensis secutis et secuturis . . . . .

**Vadium Blasij becharij et Tomasij becharij.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Prefati Blasius et Tomasius, obligando se et omnia sua bona, vadium posuerunt inter se ipsos, quos si libre centum et viginti, quas dictus Blasius a predicto Tomasio petit, reperientur esse dicti Blasij, tunc prefatus Tomasius soluere debeat comuni dicte Terre Fluminis pro vadio et pena libras quinquaginta sinautem(!) quod predictus Blasius soluere debeat suprascripto comuni pro vadio et pena libras quinquaginta.

**Testificatio pro iudice Mauro.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iudex Damianus condam Matei, testis productus, coram suprascriptis dominis, per iudicem Maurum Vidonich in lite, quam habet cum Nicolao Tomasini de Vegla, cui quidem testi ambe partes dixerunt et affirmauerunt se velle credere, delato eidem sacramento de veritate dicenda, dixit et testificatus fuit qualiter dum prefati
**S. 626 1/2.** iudex Maurus et Nicolaus essent in curia ipsius (S. 626 1/8) presente presbitero Alexandro, dictus Nicolaus Tomasini promisit predicto iudici Mauro, quod restituet sibi vineam, quam ab ipso emit, et pro eodem precio quo ipsam emit usque ad quatuor annos proxime futuros, dumtaxat prefatus iudex Maurus ipsam vineam exegerit ante festum . . . . . , post fructus ipsius vinee collectos, et antequam ipsam vineam inceperit laborare illo anno, et aliter non.

**Pro Pauso de Otocacio contra Chirinum Spinçich.**

Die quinto mensis Octobris. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Agabito Contouich, Blasio condam Antonij de Segna, testibus . . . Ibique Chirinus Spinçich de Castua . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Pauso de Otocatio . . . . . ducatos viginti quinque boni auri . . . , et hoc pro saldo et calcullo omnium suarum rationum, reseruato tamen iure dicto Pauso de ducatis decem et libris quatuor, quas dicebat se habere debere. Quos quidem ducatos viginti quinque auri dictus debitor prefato creditori dare et soluere promisit illico cum prefatus cre-



http://library.foi.hr

ditor restituerit predicto debitori libras nonaginta de moneta Furlana siue de frignacis .....

**Pro iudice Mateo contra Voricum.**

Die sexto mensis Octobris. In platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Blasio condam Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Clemens, priuignus Vorici piliparij de Labaco, tanquam procurator dicti Vorici, fuit contentus ... se habuisse ac recepisse a iudice Mateo condam ser Donati ducatos octoaginta quinque auri et solidos quadraginta vnum paruorum pro parte solutionis vnius debiti ducatorum centum et septuaginta auri.

**Pro supra. scripto contra prescriptum Voricum.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Prescriptus Clemens, nomine quo supra, fuit contentus ... se habuisse ac recepisse a iudice Mateo condam ser Donati ducatos viginti unum auri pro parte [1]) solutionis vnius debiti ducatorum viginti unius auri, uti constat cirographo, scripto manu predicti iudicis Matei.

**Pro supra. scripto Vorico contra iudicem Mateum, eius filium.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Iudex Mateus et Donatus, eius filius, ..... fuerunt contenti ... se iuste teneri ... Clementi, priuigno Vorici de Labaco, tanquam procuratori ipsius Vorici, ducatos octoaginta quinque boni ... minus quadraginta uno solidis, et hoc pro complemento solutionis debiti ducatorum centum et septuaginta auri. Quos quidem ducatos dare et soluere promiserunt dicti debitores prefato creditori in prompta pecunia siue mercancijs usque ad festum .....

**Emptio ser Iohannis de Appullia.**

Die prescripto. In Terra Fluminis ... in domo infrascripte domine Naste, presentibus Rafaele de Fossambruno, Ambrosio Dolinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique domina Nasta, uxor condam ser Donati, dedit, vendidit, et tradidit ser Iohanni de Rosis de Neapuli(!) ..... crateras tres argenteas, coclearia viginti unum argentea, coronam vnam argen-
**S. 627½.** team, et septem vegetes plenas vino, (S. 627½) positas in canipa, que est iuxta plateam, et hoc pro precio ..... ducatorum sexaginta septem boni auri et iusti ponderis et librarum quinque paruorum .....

**Pro domina Nasta contra ser Iohannem de Appullia.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ser Iohannes de Rosis de Neapoli ..... promisit domine Naste, uxori condam ser Donati, ..... quod restituet sibi res, ipso ser Iohanni, venditas pro ducatis LXVIJ et libris quinque, si dicta domina Nasta predicto ser Iohanni dederit et numerauerit ducatos LXVIJ^tem et libras quinque paruorum usque ad .....

---

1) Kako je cijeli dug iznosio 21 dukat, a upravo toliko je primio vjerovnik od dužnika, trebalo je mjesto »pro *parte* solutions« stajati »pro *tota*« ili »pro »*integra* solutione«.



http://library.foi.hr

**Testificationes pro ser Georgio et Gaspare Andregetich pro sede in ecclesia.**

Die octauo mensis Octobris. In Terra Fluminis . . . , in sacristia ecclesie Maioris, presbiter Antonius Vissignich, testis productus per ser Georgium et Gasparem Andregetich in lite, quam habent cum ser Simeone condam Mauri occasione stalli siue oraculi lignei seu sedis, positi in dicta ecclesis, coram venerabili viro domino presbitero Iohanne Micolich, arcidiacono et vicario dicte Terre Fluminis, . . . . . dixit et testificatus fuit qualiter vidit auam, matrem, et amittam dictorum fratrum semper stantes seu flectentes a parte anteriori pariter cum domina capitanea, et etiam vidit uxorem iudicis Ambrosij, et eius filias, stantes seu flectentes a parte posteriori post [1]) suprascriptas mulieres in suprascripto stallo seu oraculo uel sede de quo lis ventillatur.

Presbiter Alexander Vidaçich . . . (svjedoči isto kao prethodni).
Presbiter Vitus Cersatich . . . (također svjedoči kao prethodni).
Presbiter Nicolaus condam Doimi . . . (dava isto svjedočanstvo kao i pređašnji).
Presbiter Iohannes Susselich . . . (svjedoči isto, uz neke dodatke).
Iudex Vitus condam ser Matchi . . . (svjedoči u glavnom isto kao prethodni).
Iudex Maurs Vidonich . . . (izjavljuje isto kao prethodni).

**S. 628.**

Martinus Coxar, ciuis dicte Terre Fluminis . . . (izjavljuje, da nije mjesecima bio u crkvi, jer je bio sa stokom kao pastir, a kad bi i ušao, da je ulazio kroz druga vrata i da se nije o tom starao).
Presbiter Antonius Vissignich, presbiter Vitus Cersatich, (et) presbiter Nicolaus missi a domino arcidiacono predicto ad examinandum infrascriptas mulieres retulerunt . . . (u glavnom isto kao i drugi svjedoci. Posebno navode iskaz svjedokinje »Clara Designanica«, koja također svjedoči slično kao i ostali).

**Procura Demitrij.**

Die XVIIJ mensis Octobris. In publica platea Terre Fluminis . . . , presentibus Agabito Contouich, Bartulo Chergnaueçich, Iuanussio Çorçeuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Demitrius condam Georgij, ciuis dicte Terre Fluminis, . . . . tanquam heres legitimus Martini dicti Grando, olim fratris sui, qui obijt in viagio Flandrie super naui Lodouici Longo. fecit . . . . . Georgium Martini Filacanouo, habitatorem Venetiarum, . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et et recuperandum res et bona, que fuerunt condam Martini prefati Venetijs . . . . .

**Procura Bartolomei Matiucij. S. 629½**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Damiano condam Matej, ser Rafaele de Fossambruno, testibus . . . Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo. . . . . fecit . . . Lambertum (S. 629½)

1) U izvorniku na tom mjestu upotrebljena nepravilna kratica, tako da zapravo stoji »prius«.



http://library.foi.hr

de Arimino ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... ad exigendum et recuperandum a Iohanne condam generosi millitis domini Nicolai de Barnis quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

**Pro ser Anculino contra filios condam domini Nicolai de Barnis.**

Die XVIJ mensis Octobris. In Terra Fluminis ..., in statione Rafaelis de Fossambruno, presentibus presbitero Antonio Repeglich, Lamberto Iacobi de Arimino, Georgio Rompler de Labaco, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus. Ibique de mandato generosi viri domine(!) Andree de Foramine, capitanei, iudicum, et consilij dicte Terre Fluminis ser Ançelinus Bonfiolo de Florentia dedit et consignauit Francisco, Iohanni, Simoni, fratribus, et ser Francisco, eorum sororio, nomine ac vice domine Catarine, uxoris sue, heredibus legitimis generosi millitis domini Nicolai de Barnis et domine Malgarite, eius uxoris, parentum predictorum Francisci, Iohannis, Simonis, et domine Catarine, capsas tres ligatas cum cordis, quas olim prefata domina Malgarita, mater predictorum, dederat ad seruandum domine Malgarite, uxori prescripti ser Ançulini. Quas tres capsas ligatas ... prelibati Franciscus ...... fuerunt contenti ... se integras et illesas, prout ad seruandum date fuerunt, habuisse ac recepisse ac sibi designatas fore a suprascripto ser Ançulino, dante ... ipsas capsas vice ac nomine domine Malgarite, eius uxoris, facientes prefati fratres et eorum sororius finem, quietationem .....

**Procura ser Simeonis.**

Die quarto mensis Nouembris. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus Milasino calafato, Toma remerio de Bucharo, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Simeon condam Mauri ..... fecit ... Alegretum Marini de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... in omnibus et singulis litibus, placitis, et differentijs, que et quas quomodocunque habiturus est siue haberet cum Nicolao condam iudicis Pauli Cresolich, et ad comparendum .....

**Pro Francisco de Fano contra Simonem Vicarich. S. 630 ½.**

Die quarto mensis Nouembris. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Georgio Rompler, Toma remerio de Bucharo, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Simon condam generosi millitis domini Nicolai de Barnis sponte ... (S. 630½) ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... ser Francisco Petri de Fano, eius sororio, ..... ducatos viginti quinque boni auri ..... et solidos quadraginta octo paruorum, et hoc hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad presentem diem .... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit ..... omnia et singula vassa siue vegetes tam ab oleo



http://library.foi.hr

quam a vino, que sunt in magaçino domus prefati condam domini Nicolai, et omnia et singula lignamina, que sunt in dicto magacino,[1]) videlicet partem suam.

**Procura Francisci de Fano in Filipum.**

Die nono mensis Nouembris. Iuxta Fluuium a latere Cersati, presentibus Agnolo condam ser Iacobi de Pisauro, Mateo Petro Grimaldich, ambobus de Cregnino, testibus... Ibique ser Franciscus Petri de Fano..... fecit... Filipum Laurentij de Arimino..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim ad exigendum et recuperandum omnia et singula debita ser Tomasij Marcheti de Firmo et ser Ade Antonij de Firmo, et de per eum receptis finem, dimissionem....., item ad vendendum, emendum, permutandum.....

**Pro Bartolomeo de Firmo.**

Die XXVJ mensis Nouembris. In littore maris Terre Fluminis..., presentibus iudice Iacobo Micolich, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique generosus vir dominus Andreas de Foramine et ser Grisanus condam iudicis Martini, ad presens iudex dicte Terre Fluminis, dederunt et designauerunt de voluntate et consensu ser Francisci Petri de Fano et Simonis Vicarich Bartolomeo Matiucij de Firmo..... omnes et singulas tam a vino quam ab oleo, existentes in magacino domus condam domini Nicolai vicarij, et omnia et singula lignamina, parata pro constructione nauis, quam prefatus dominus Nicolaus facere intendebat, et omnia alia et singula dicte naui spectantia, et hoc pro solutione ducatorum quadraginta quinque auri, quos dictus Bartolomeus habere debebat vigore vnius sententie ducatorum sexaginta auri, late per.....

**Pro Agnolo de Pisauro contra iudicem Mateum, et eius matrem.**

Die XXVIJ (mensis Nouembris). Ante portam Terre Fluminis... a terra, presentibus Bartolomeo Matiucij de Firmo, Filipo Laurentij de Arimino, Francisco Cigantich, testibus... Ibique iudex Mateus condam ser Donati..... fuit contentus et confessus se iuste teneri... Agnolo Iacobi de Terentijs de Pisauro..... ducatos nonaginta septem boni auri et iusti ponderis et solidos viginti pro mercantijs, habitis a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet medietatem in reuersione huius viagnij de partibus Marchie, et alteram medietatem super nundinis sancti
S. 631½ Georgij proxime futuri (S. 631½). Et ad maiorem cautellam dicti creditoris domina Nasata, mater suprascripti debitoris eidem creditori obligauit..... domum totam, sitam in platea iuxta heredes condam iudicis Bachini, quod pignus dicta do-

1) Naprijed »magaçino« s »ç«, a na tom mjestu bez.



http://library.foi.hr

mina Nasta promisit bonum facere, et a qualibet persona suis sumptibus affrancare, cum obligatione.....

**Pro iudice Nicolao contra Persam Visegnenica.**

Die XXVIIJ mensis Nouembris. In Terra Fluminis... in domo habitationis infrascripti creditoris, presentibus Vito Mateieuich, Iacobo Cigantich, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Persa Visigneniça[1]..... fuit contenta... se iuste teneri... iudici Nicolao Micolich..... ducatos quadraginta boni auri....., et hoc pro vna domo, habita a dicto creditore.....

**Pro Tomasio et Adam de Firmo contra Iacobum Cigantich.**

Die prescripto. In platea Terre Fluminis..., presentibus Vidacio sarctore, Antonio Radiuoieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iacobus Cigantich..... fuit contentus... se iuste teneri... Francisco Petri de Fano, stipullanti vice ac nomine Tomasij et Ade de Firmo, sociorum, ducatos quinque boni auri..... et solidos quadraginta quinque paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad presentem diem.....

**Procura domine Dominice de Vegla in Alegretum.**

Die secundo mensis Decembris. In statione Martini cerdonis, presentibus Cipriano Tudrouich, Vito SlatoVlas, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique domina Dominica, uxor condam Cusme de Vegla... ordinauit magistrum Alegretum Marini de Tragurio..... suum verum et legitimum procuratorem..... in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas habet siue habitura est cum Nicolao Tomasini de Vegla.....

**Procura Elene in Alegretum.**

Die XIJ Decembris. In Barbachano Terre Fluminis..., presentibus Veneciano de Cregnino, Luca Cauertich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Elena Previdoua[2]..... fecit..... magistrum Alegretum Marini de Tragurio..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim in lite siue differentia, quam habere intendit cum iudice Mauro Vidonich.....

**S. 632½. Pro Blasiça contra Toman remerium.**

Die XIJ mensis Decembris. In domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Agabito Contouich, Georgio Antonij de Gorice, testibus... Ibique Tomas remerius de Bucharo..... fuit contentus... se iuste teneri... Blasio Antonij de Segna..... ducatos quatuor boni auri.....

1) Tako u tekstu uneska »Visigneniça«, a in margine »Visegnenica«.
2) U izvorniku to ime pisano zapravo »PreVidoua«.



http://library.foi.hr

**Pro çupano Lechsano contra Toman remerium.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Tomas remerius de Bucharo ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... çupano Lechsano de Nerine ..... ducatos quatuor boni auri ....., et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad presentem diem .....

**Procura Mande de Laurana in Radoiam de Tragurio.**

Die XIIIJ mensis Decembris. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus presbitero Vito Cersatich, Barulo Chergnaueçich, testibus ... Ibique Manda, filia Vitulij de Laurana ..... ordinauit Alegretum [1]) Marini de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... ad exigendum et recuperandum a presbitero Dominico Tudrouich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa .....

**Procura iudicis Georgij Ruseuich.**

Die XVJ mensis Decembris. In publica platea Terre Fluminis ..., presentibus Laurentio Spinçich, Blasio condam Georgij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Georgius Ruseuich, ciuis dicte Terre Fluminis ..... fecit ... Georgium Filacanouo condam Martini, habitatorem Venetíarum ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum a ser Antonio de Ingaldeo de Iustinopoli, habitatore Venetiarum, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa .....

**S. 633 Copia vnius sententie domini episcopi Polensis.**

Copia vnius sententie, late per reuerendum in Christo patrem ad (! ac) dominum dominum Moysem de Bufarelis de Venetijs, episcopum Polensem, anno, mense, et die ut infra, scripta per me Antonium de Renno, notarium infrascriptum, anno domini 1457., indictione quinta, die XVJ mensis Decembris, cuius quidem sententie tenor sequitur infra:
In Christi nomine. Amen. In causa que vertitur inter viros nobiles, videlicet ser Georgium et Gasparem Andregetich, fratres, ex vna, et ser Simeonem condam Mauri, omnes de Terra Fluminis, nostre Polensis diocesis, partibus ex altera, de et super quodam loco siue sedili, posito in ecclesia sancte Marie dicti loci, in quo uxor magnifici domini capitanei ..... sedere consueuit, quando in eadem ecclesia diuina celebrantur officia, visis igitur attestationibus et dictis testium, ab utraque parte coram venerabili viro domino presbitero Iohanne Micholich, dicti loci arcidiacono et vicario nostro factis, et nobis sub suo sigillo fideliter transmissis, nos igitur Moyses de Buffarelis, de Venetijs, decretorum doctor, Dei et Apostolice Sedis gratia episcopus Polensis, ..... pro tribunali sedentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam ferimus in his scriptis sic sententiamus, videlicet quod omnes mulieres, tam que ad presens adsunt quam que in futurum erunt ambarum predic-

1) Za to ime »Alegretum« nalazimo in margine iste isprave hrvatsku paralelu odnosno sinonim »Radoiam«.



http://library.foi.hr

tarum partium valeant et possint in dicto loco, pariete siue stallo stare et sedere, tam presente domina capitanea quam absente, cum hac condicione vt quotienscunque domine siue mulieres ambarum partium simul ibi adesse contigerit, mulieres siue domine ser Georgij et Gasparis Andregetich debeant sedere in anteriorem partem, et domine siue mulieres ser Simeonis stare debeant in partem posteriorem siue inferiorem, dantes plenam facultatem ymo verius precipientes ipsi domino arcidiacono et vicario nostro, vt hanc nostram diffinitiuam sententiam inuiolabiliter faciat obseruari, rebelles et contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo.
Lata, data, et in his scriptis sententialiter promulgata fuit presens sententia per prefatum dominum episcopum Polensem in sala maiori episcopatus, presentibus venerabilibus viris presbiteris Toma Vera, arcidiacono Polensi, Luca Iohanne dicto Cardinale, et Bartolomeo Mançino, omnibus canonicis Polensis, testibus ad hec uocatis et rogatis ac alijs pluribus, currente anno domini MCCCCLVIJ, indictione quinta, die XIIJ mensis Octobris.
Ego Michael condam ser Antonij de Çenerinis, publicus imperiali auctoritate notarius, et prefati reuerendissimi [1]) domini episcopi scriba premissis omnibus interfui et rogatus scripsi.

**Pro Antonio cerdone contra Paulum becharium.**

Die XXJ mensis Decembris. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Simeone Pilar, Marco Bunto, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Paulus Gallich becharius fuit contentus . . . se habuisse ac manualiter recepisse ab Antonio cerdone condam Georgij Cresich libras triginta sex et solidos decem et octo paruorum, quas dare debebat dictus Antonius predicto Paulo pro nouem pellibus bouinis, et XVIIJ ircinis, vti constat quadam cedula, scripta in Sclabonico, manu Laurentij Spinçich, quam cedulam idem Paulus dicebat se perdidisse.

**Sequestrus Bartoli Bachinich.**

Die XXIJ mensis Decembris. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Vidacio sarctore, Iacobo eius filio, testibus . . . Ibique coram nobili viro ser Tonsa, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit ser Bartolus Bachinich asserens et dicens qualiter interdicit et opponit, quod Bernardus facere fieri non debeat foueam, quam incepit fodi facere, eo quod ius habet in dicto loco.

**Procura Corcini de Iustinopoli.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Laurentio Spinçich, Cipriano Tudrouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Georgius Nicolai de Iustinopoli . . . . . fecit, constituit . . . . .[2])

1) Tako na tom mjestu »reuerendissimi«, a u naslovu prijepisa osude »reuerendi«
2) Taj unesak u izvorniku ostao nedovršen.



http://library.foi.hr

**S. 634. Inuentarium rerum ecclesie sancte Marie de Flumine, designatarum domino presbitero Alexandro, plebano.**

....... Anno Natiuitatis ... millessimo quadrigentessimo quinquagessimo octauo, indictione sexta, die XXVIIIJ mensis Decembris. Inuentarium rerum ecclesie sancte Marie Maioris de Flumine, scriptum per me Antonium, notarium infrascriptum, presentibus generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis. In primis calexi vinti de arçento sopraindorati cum le patene, doe ampolete de arçento sopraindorato, cum lo muciolo de crestallo(!), item bussuli dui dal corpo de Christo vno de arçento e vno de otone, doe teste grande de arçento sopraindorate, cinque croxe de arçento, vna croxeta piçola in laqaule e lo legno del sepulcro de Iesu Christo, vno turibulo de arçento, facioli cento e XJ, tri piuiali, paramenti septe fornidi, paramenti cinque principali, dalmatiche oto, vno auantialtare cum figure doro, item auantialtari dexenoue e doi de tella, vna çoia de perle, fili quatro grandi e dui piçoli, missali septe boni, missali tri vechij, quatro coperture da capo de perle da dalmatiche, vna stolla de perle, vna chorona de perle, vno messale latino nouo rosso, vno libro de la istoria de santi, item briuiarij tri, vno briuiario el quale ha meser Larçiçago, do(!) libri da responsi, salterij tri, quaderni noue regum, item quaderni vinti deli sancti. Hec omnia fuerunt data et consignata domino Alexandro, plebano.

**Protestus Tome becharij.**

Die quinto mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Georgio Ruseuich, Francisco Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram probo viro ser Tonsa condam ser Nicole, ad presens honorabili iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Tomas becharius de Mutiniça (asserens et dicens) qualiter magnificus comes Martinus de Frangepanibus fecit sibi accipere viginti (porcos) pro debito Chirini Spinçich, uti prefatus comes Martinus eidem Tome retulit, quod ipsi Tome redundat in maximum damnum, idcirco dictus Tomas ..... protestatus fuit contra prefatum Chirinum Spincich,[1]) licet absentem, de ducatis quatraginta (!) pro suprascriptis porcis ipsi Tome acceptis, et de ducato vno auri singula die pro expensis et interesse quousque ipsi fuerit integre satisfactum.

**Procura presbiteri Iohannis Susselich.**

Die XJ mensis Ianuarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Mauro Vidonich, Vidacio sarctore, testibus ... Ibique presbiter Iohannes Susselich ..... fecit ... ser Simeonem Maurich ..... suum uerum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum ab Acatio Barlechouich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa .....

1) Na tom mjestu u izvorniku »Spincich« pisano bez »ç«.



http://library.foi.hr

**S. 635. Pro Lamberto contra Lisiça.**

Die XX mensis Ianuarij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Luca Samburich, Paulo Vidotich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Iohannes Lisiça . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Lamberto Iacobi de Arimino . . . . . libras quadraginta octo et solidos sexdecim paruorum, et hoc pro integra solutione domus, quam prefatus Iohannes emit a Nicolao de Candia . . . . .

**Pro Catarina. filia condam Rafaelis contra Gregorium, eius fratrem.**

Die prescripto. In Terra Fluminis . . . in domo infrascripti debitoris, presentibus Simone Oslich, Prodano de Pago, Blasiça condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Gregorius condam Rafaelis de Fossambruno . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Catarine, sorori sue . . . . . libras centum paruorum, et hoc pro medietate vinee, site in Senichoui pro indiuiso cum dicto debitore, quam dictus Gregorius emit a dicta Catarina . . . . .

**Concordium filiorum condam Rafaelis de Fossambruno.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Ibique Quirinus Pançich, ciuis Vegle, nomine ac vice Ambrosij et Francisci, fratrum, eius nepotum, pro quibus promisit de rato . . . . . , parte vna, et Gregorius condam Rafaelis, frater predictorum Ambrosij et Francisci, parte altera, fecerunt simul tale concordium et talem conuentionem, videlicet quod dictus Gregorius habere debeat omnia et singula bona, ipsi a prefato condam patre suo relicta in vltimo testamento, libera et francha, hoc est quod non teneatur ad solutionem alicuius debiti dicti condam patris sui, et quod dictus Gregorius non possit nec valeat aliquid petere a prefatis fratribus suis neque eius (!eorum) heredibus aut successoribus tam pro bonis maternis quam paternis, faciens idem Gregorius . . . . . prefato Quirino, . . . . . vice ac nomine predictorum Ambrosij et Francisci, nepotum suorum, et heredum ac successorum suorum, finem, quietationem . . . . .

**Procura Andre Iuich.**

Die tercio mensis Februarij. In domo noua mei notarij infrascripti, presentibus iudice Mauro Vidonich, domino presbitero Alexandro, plebano, testibus . . . Ibique Andreas Iuich de Grobinico . . . . . fecit . . . Martinum Crapina, . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim ad exigendum et recuperandum a presbitero Iohanne Susselich quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa . . . . .

**Ordo pro carnibus extimandis et vendendis.**

Die tercio mensis Februarij. In Terra Fluminis . . . in stuba parua monasterij sancti Augustini pro vitandis erroribus, scandalis, et litibus, que multotiens oriuntur et oriri possunt pro venditione carnium, et extimatione ac precio earum, pro bono statu ac vtilitate totius populi dicte Terre Fluminis spectabilis vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, iudices,



http://library.foi.hr

et consilium dicte Terre Fluminis vnanimiter et concorditer, nemine discrepante, statuerunt et ordinauerunt, quod in futurum omnes et singule carnes bouine debeant extimari per officiales comunis dicte Terre Fluminis hoc modo, videlicet quod carnes bone et pingues vendantur vno solido pro singula libra, alie vero secundum qualitatem ipsarum extimentur decem denarijs uel octo uel sex denarijs pro singula libra, prout extimatoribus videbitur iustum. Et quod omnes et singule carnes cum extimate fuerint, debeant vendi sicut fuerint extimate in macello nec debeant per macellatorem reponi aut abscondi. Carnes castronum, qui fuerunt castrati iuuenes, vendi possint sexdecim denarijs, sed carnes castronum, qui fuerunt castrati transacto anno, vendantur vno solido. Carnes porcorum castratorum vendi possint sexdecim denarijs, carnes vero porcarum vendantur vno solido. Carnes ircorum castratorum vendantur vno solido. Carnes agnorum et agnarum, edorum et edarum, a festo Resurectionis domini nostri Iesu Christi usque ad festum sancti Viti vendi possint ad oculum, et a festo sancti Viti usque ad festum Assumptionis beate Marie Virginis vendi possint quatuordecim denarijs, deinde vero vendantur vno solido. Carnes vero pecudine, caprine, et ircine vendantur decem denarijs. Carnes taurine, extimentur bone autem et
S. 637. pingues, (S. 637.) vendantur decem denarijs pro singula libra, et non plus. Et similiter carnes vaccine, bone et pingues, vendantur decem denarijs pro libra, et non plus, et que tam bone et pingues non essent debeant extimari octo uel sex denarijs pro libra, prout videbitur extimatoribus. Carnes vitullorum et vitullarum latantium(! lactantium) vendantur vno solido siue qui non habent plusquam vnum annum. Quicunque autem contrafaceret, videlicet quod venderet carnes bouinas uel vaccinas antequam forent extimate uel extimatas nollet vendere aut ipsas reponeret aut celaret siue venderet ipsas maiori precio aut alias carnes suprascriptas venderet maiori precio quam sit supra ordinatum, cadat ad penam librarum octo pro singulo animali, cuius pene tercia pars sit accusatoris, de qua parte non possit fieri gracia. Item quod nullus becarius possit nec debeat accipere nisi solum vnam rignolatam de animalibus bellatinis illa die qua excoriabit animalia bellatina siue ipse becarius habeat vnum socium uel plures nichil refert, nec valeat illa die qua acceperit rignolatam accipere pro usu suo siue sociorum suorum carnes cum rignolata. Item quod aliquis becarius non possit nec valeat accipere pro usu suo aut alicuius eius socij carnes bouinas uel vaccinas cum rignolata nec ipsas ferre domum nisi quartum integrum nec ipsas vllo modo vendere sine rignolata, sub pena librarum octo, diuidenda ut supra. Quam partem siue ordinem uel statutum suprascripti domini voluerunt in perpetuum inuiolabiliter ob-



http://library.foi.hr

seruari, cassantes, annullantes, et anichillantes omnes et singulos ordines, partes, statuta, et consuetudines, qui forent contra presentem ordinem siue partem siue fuissent.

**Procura ser Matei de Pelegrin.**

Die quarto mensis Februarij. In pubblica platea Terre Fluminis . . . , presentibus ser Bartolo Bachinich, ser Simeone Maurich, Toma remerio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique probus vir ser Mateus de Pelegrin de Tergesto . . . . . fecit . . . ser Constantinum Dreusso, ciuem Tergestinum, . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione eul causa . . . . .

**Pro Matcho Vidaç contra Bartolomeum. de Firmo.**

Die octauo mensis Februarij. In Terra Fluminis . . . in domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Iohanne dicto Iagnaç, Petropaulo de Firmo, habitatoribus ad presens dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo . . . . . promisit dare et consignare in dicta Terra Fluminis Rafaeli, tanquam rerum gestori Matchi Vidaç de Labaco libras viginti tres croci siue cafrani usque ad festum . . . . .

**S. 638. Pro Iohanne Vicarich contra Bartolomeum Matiucij de Firmo.**

Die decimo mensis Februarij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Grisano condam iudicis Martini de Pago, Lamberto Iacobi de Arimino, testibus . . . Ibique Bartolomeus Matiucij de Firmo fecit finem, dimissionem, quietationem . . . . . de omnibus et singulis, ad que ipsi Iohannes condam domini Nicolai de Barnis tenebatur siue teneri poterat vigore vnius sententie, late per dominum capitaneum, iudices, et consilium dicte Terre Fluminis de anno . . . . . de ducatis LX$^{ta}$ auri siue valoris trium vegetum plenarum oleo, et quinque caratelorum plenorum ficubus in fauorem dicti Bartolomei, et aduersus prefatum Iohannem, liberans etc. . . . . .

**Procura Lamberti de Arimino.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus domino presbitero Alexandro Vidaçich, iudice Vito condam ser Matchi, testibus . . . Ibique Lambertus Iacobi de Arimino . . . . . ordinauit Petrum Paulum de Firmo . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur tam in dicta Terra Fluminis quam per totam Sclauoniam, et de per eum receptis finem . . . . . faciendum . . . . .

**Presentatio ser Iohannis de Rosis.**

Vltrascriptis die ac loco. Coram iudice Grisano comparuit ser Iohannes asserens et dicens qualiter clausit oleum, eo quod transactis octo diebus ipsum intendit vendere precio maiori.



http://library.foi.hr

**Pro Bernardo de Seruia contra Iohannem Suab, hospitem.**

Die vndecimo mensis Februarij. In Terra Fluminis ... in domo habitationis infrascripti Bernardi, presentibus magistro(!) Blasio condam Nicolai de Ragusio Ordinis Predicatorum, Iohanne remerio condam Matei de Subinico, testibus ... Ibique Iohannes Hagenauer, hospes in dicta Terra Fluminis, sponte, libere ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Bernardo Nicolai de Seruia, ad presens habitatori dicte Terre Fluminis, ducatos octoaginta septem boni auri ..... et solidos quindecim paruorum, et hoc pro parte barilarum quadraginta quatuor clauorum, emptor(um) per prefatos Bernardum et Iohannes(!), quas dictus Barnardus(!) soluit, et pro expensis per ipsos factis. Quam quidem pecunie quantitatem dictus debitor prefato creditori dare et soluere promisit usque ad vnum mensem ..... Si autem iudex Mateus condam ser Donati prius redibit de partibus Marchie ipsam pecunie quantitatem (soluere promisit) confestim duobus diebus post eius redditum, cum obligatione ... intelligendo tamen, quod lucrum siue damnum quod sequeretur ex prefata quantitate clauorum debeat diuidi equaliter inter prefatos Bernardum et Iohannem.

**S. 639. Locatio vinee sancte Barbare.**

Die XVIJ mensis Februarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus iudice Vito Barulich, Martino aurifice, testibus ... Ibique dominus presbiter Bartolus condam ser Uiti dedit et locauit ad laborandum vineam sancte Barbare in Coxala, et oliuaria sita iuxta vineam meam (sc. notarij infrascripti) in Goiacho Premuso de Carniola, olim famulo iudicis Nicolai, his pactis et condicionibus, quod dictus Premus ..... laborare teneatur dictam vineam secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, et in ipsa facere foueas et fodere vites ..... et similiter laborare oliuaria usque ad vnum annum. Et debeat dare dictus Premus prefato presbitero Bartolo terciam partem vini cum graspis, et similiter terciam partem oliuarum, ita tamen quod dictus presbiter Bartolus dare debeat terciam partem expensarum pro caligendis (! colligendis) oliuis .....

**Interdictio ser Simeonis.**

Die XVIIJ mensis Februarij. In lobia Terre Fluminis ... Franciscus Cigantich satnichus retulit michi notario infrascripto qualiter ipse hodie de mandato amborum iudicum ad petitionem ser Simeonis ipse precepit Iuste, uxori Bartoli Melcherich, quod tangere non debeat ortum, situm in Luchi, quem ei reliquit in vltimo testamento dominus presbiter Gaspar, olim plebanus, eo quod predictus ser Simeon ipsum ortum interdixit et sequestrauit usque ad iuris cognitionem.

**Pro ecclesia sancte Marie contra Gregorium Gluchin.**

Die XVIIIJ mensis Februarij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, Agabito Diraçich, testibus ... Ibique Gregorius Gluchin ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... ser Simeoni Maurich, tanquam



http://library.foi.hr

gastaldioni sancte Marie, libras quinquaginta paruorum, et hoc pro vna vinea dicte ecclesie sita in Viçiçich, quam dictus debitor emit a dicta ecclesia .....

**Pro Mateo barberio contra Isidorum cerdonem.**

Die XX mensis Februarij. In platea Terre Fluminis..., presentibus ser Iacobo Bachinich, Gaspare Andregetich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique magister Ysidorus cerdo, habitator Chersi, sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... magistro Mateo barbitonsori, ciui dicte Terre Fluminis ..... libras centum et quatuordecim paruorum, et hoc pro pellibus triginta octo bouinis, habitis a dicto creditore.....

**S. 640. Pro Petro balistario contra Donatum de Muschieniça.**

Die XXIIJ mensis Februarij. In domo noua mei notarij infrascripti, presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, presbitero Dominico Tudrouich, testibus... Ibique Donatus de Muschieniça ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Petro balistario condam Iohannis ..... libras triginta nouem et solidos quatuor paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro iudice Nicolao Micholich contra iudicem Georgium Ruseuich.**

Die XXIIIJ mensis Februarij. In Terra Fluminis ... in domo habitationis infrascripti creditoris, presentibus Prodano de Pago, Ambrosio Dolinich, Acatio Barlechouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Georgius Ruseuich sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micholich ..... libras trecentas paruorum, et hoc pro vna vinea, sita in Chleuac, que fuit iudicis Viti Matronich, quam dictus debitor emit a prefato creditore .....

**Contra becharios ordo pro caposoldo soluendo.**

Die XXVIJ mensis Februarij. Per generosum virum dominum Andream de Foramine, capitaneum, iudices, et consilium Terre Fluminis ..... statutum et ordinatum fuit, quod ab hodierna die in antea quod quandocunque contigerit quod aliquis becarius siue macellator, habitans in Terra Fluminis, litigauerit cum aliquo becario siue macellatore, habitante in dicta Terra Fluminis, siue placitauerit, quod perdens placitum siue litem soluere debeat domino capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis, qui pro tempore erunt, solidos duos pro libra, et hoc ordinauerunt propter insupportabilem insolentiam ipsorum bechariorum.

**Pars capta et ordo pro testamentis.**

Die tercio mensis Marcij. Cum nonnulli malliloqui, tanquam canes oblatrantes, persuasissent aliquibus forensibus, habitantibus in Terra Fluminis sancti Viti, quod consuetudo et lex dicte Terre Fluminis talis est, quod omnia bona illorum qui



http://library.foi.hr

decederent sine liberis uel nepotibus siue consanguineis valde propinquis siue facerent testamentum siue non, deberent confiscari, quod non solum iniustum imo absurdum et enorme est, vnde ipsi forenses a dicta Terra Fluminis recedere intendebant nec solum aduene sed tot et tanti ciues recederent, si sic esset, quod omnino dicta Terra Fluminis deserta et inhabitabilis remaneret, quod in maximum damnum et detrimentum nostrorum illustrium dominorum verteretur, et etiam dicte
S. 641. Terre Fluminis, idcirco (S. 641.) generosus vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, iudices, et consiliarij dicte Terre Fluminis, sedentes in lobia comunis dicte Terre Fluminis, volentes iuxta eorum posse talia mentientibus et consumptionem dicte Terre Fluminis inuestigantibus obuiare, ut quandocunque talia mendacia et verba absurda proferuntur clare et liquide appareat talia perferentes mentiri, preceperunt michi Antonio notario et cancelario infrascripto, quod pro bono statu illustrium dominorum nostrorum ac etiam pro augmento et vtilitate dicte Terre Fluminis scribere et in actis cancelarie dicte Terre Fluminis annotare debeam, ut quicunque voluerint legere et videre possint, quod qui suprascripta locuti sunt fuerunt mentiti et mentiuntur, nam quod oculus vidit cor credit, qualiter consuetudo, lex, et ordo dicte Terre Fluminis, iam tanto tempore obseruate et obseruatas quod memoria hominis non est, in contrarium talis fuit et est, quod quelibet persona, habens liberos uel consanguineos aut non, aduena siue ciuis cuiusuis condicionis existat, habitans in dicta Terra Fluminis, dumtaxat non esset proditrix aut assassina, potuit et valuit ac potest et valet testari, disponere, et ordinare bona sua, tam mobilia quam immobilia, ad libitum sue voluntatis absque alicuius contradictione. Quod testamentum, dispositio, et ordo plenam obtineat firmitatem et robur, et semper obtinuit, ymo quod fortius est pater et mater, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, posunt et valent priuare hereditate siue bonis suis filium et filiam, filios et filias ad sui libitum voluntatis absque alicuius contradictione, dumtaxat pater uel mater relinquat filio uel filie, filijs siue filiabus, vnum ligonem, vnam crastinicam, et vnam falcem a putando.

**Pro Georgio Schardona contra ser Mateum de Pelegrin.**

Die septimo mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Blasio condam Antonij de Segna, Toma remerio, Antonio sarctore condam Benedicti, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique prouidus vir ser Mateus de Pelegrin de Tergesto, nunc datiarius in dicta Terra Fluminis . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Georgio Schardona, tanquam rerum gestori Iuliani Passinich de Iadra, . . . . . ducatos septuaginta octo boni auri . . . et solidos septuaginta paruorum,



http://library.foi.hr

et hoc pro oleo, ficubus, et vua[1]) passa, quod et quas Paulus Lustalar de Labaco habuit a dicto Georgio, pro quo quidem Paulo prescriptus ser Mateus fuit plegius et fideiussor. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit prelibatus ser Mateus, fideiussor, suprascripto Georgio, creditori, siue illi qui ostendet hoc instrumentum usque ad festum .....

**S. 642. Pro ser Mateo contra Paulum Lustalar.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Cum ser Mateus de Pelegrin de Tergesto fecerit fideiussionem et plegiariam Georgio Schardona, tanquam rerum gestori Iuliani Passinich de Iadra, pro ducatis septuaginta octo boni auri ... et solidos(!) septuaginta paruorum, uti constat instrumento ..... pro Paulo Lustalar de Labaco, idcirco dictus Paulus, obligans se et omnia sua bona ....., promisit dicto ser Mateo ipsum ser Mateum, et eius heredes, seruare indemnem, et eidem ser Mateo reficere omnia damna, interesse. et expensas, que dicto ser Mateo ob hanc causam sequere(n)tur.

**Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo contra dominum Alexandrum, plebanum.**

Vltrascripto die. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus domino fratre Alberto, priore monasterij sancti Augustini, iudice Grisano condam ser Martini, testibus ... Ibique dominus presbiter Alexander, plebanus dicte Terre Fluminis, ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Bartolomeo Matiucij de Firmo ..... libras decem paruorum nomine mutui .....

**Pro iudice Iacobo Micolich contra Radoiam.**

Die nono mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus ser Mateo de Pelegrin, iudice Damiano condam Matei, testibus ... Ibique Alegretus de Tragurio, ciuis dicte Terre (Fluminis), sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Iacobo Micolich ..... ducatos decem cum dimidio boni auri et iusti ponderis. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, uidelicet .....

**Procura Chirini Spincich.**

Die XIJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Francisco Cigantich, Iohanne Perssich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Chirinus Spinçich, ciuis dicte Terre Fluminis, ..... fecit ... Franciscum Baroci, officialem ad Officium iusticie antique alme ciuitatis Venetiarum, ..... suum uerum et legitimum procuratorem, ..... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs ..., que et quas quomodocunque habet siue habiturus est cum quacunque persona in dicta ciuitate Venetiarum quacunque ratione uel causa .....

---

1) Tako u izvorniku pisano za »uva«.



http://library.foi.hr

**Pacta iudicis Nicolaj, et Ambrosij, et Acatij, muratorum. S. 643.**

Die XIIJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Grisano condam ser Martini, Chirino Spincich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique iudex Nicolaus Micolich fecit conuentionem et pactum (S. 643.) cum Ambrosio Dolinich et Acatio Barlechouich, videlicet quod dicti Ambrosius et Acatius debeant edificare vnam ecclesiam muro competenti altitudinis pedum sexdecim, interius latitudinis pedum vndecim cum dimidio, longitudinis pedum tresdecim cum dimidio in loco quem eligent iuxta ecclesiam sancte Marie in dicta Terra Fluminis, in qua ecclesia debeant facere fornicem siue voltam, et ipsam tignis coperire, et in ipsa facere duas exedras altitudinis pedum quinque, et latitudinis vnius pedis in luce, et facere portam similem illi que est in salla dicti iudicis Nicolai, et ipsam ecclesiam smaltare. Et quod predicti Ambrosius et Acatius dare debeant omnes et singulos viuos lapides pro dicta ecclesia necessarios et similiter operarios. Cetera vero necessaria dare debet prelibatus iudex Nicolaus prompta et parata iuxta ipsam ecclesiam. Pro quidem opere et omnibus suprascriptis iudex Nicolaus pretactus dare et soluere teneatur predictis Ambrosio et Acatio libras sexcentas et quinquaginta sex paruorum. Quod opus dicti magistri complere tenentur et debent usque ad vnum annum proxime futurum. Pro quibus omnibus . . . . .

**Procura commissariorum Catarine condam domini presbiteri Gasparis.**

Die XVIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis . . . , presentibus Francisco Cigantich, Barulo Chergnaueçich, Cipriano Tudrouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique venerabilis vir presbiter Iohannes Micholich, arcidiaconus, iudex Vitus condam ser Matchi, iudex Mateus condam ser Donati, tanquam commissarij et commissario nomine Catarine, filie condam domini presbiteri Gasparis, plebani, . . . . . fecerunt Blasium condam Antonij de Segna . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim in omnibus et singulis litibus, placitis . . . . . , que et quas quomodocunque habent siue habere possent, nomine quo supra, cum quacunque persona, tam in agendo quam in defendendo, et ad comparendum . . . . .

**Pro domino Toma Elachar contra Chirinum, Martinum, et Petrum Spinçich.**

Die XVIIJ mensis Marcij. In Terra Fluminis . . . in salla pallatij illustrium dominorum de Balssee, presentibus spectabili viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, iudice Vito Barulich, iudice Iacobo Micolich, iudice Grisano condam ser Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique cum generosus vir dominus Tomas Elachar, capitaneus Sinoxechij, precibus Chirini Spinçich, Martini, eius



http://library.foi.hr

filij, et Petri Spinçich, fecerit fideiussionem siue plegiariam circumspecto milliti domino Georgio Cernomel, capitaneo Postoine, pro ducatis ducentis auri, dandis et soluendis prefato domino Georgio usque ad festum ....., idcirco prefati Chirinus, Martinus, et Petrus, simul et in solidum, obligando ..... promiserunt prelibato domino Tome ..... quod ipsum, et eius heredes et successores, seruabunt indemnes, promittentes pre-
S. 644. fati Chirinus, Martinus, (S. 644.) et Petrus quod soluent et reficient prelibato domino Tome omnia et singula damna et interesse, et omnes et singulas expensas, que quomodocunque occurrent ob causam suprascripte fideiussionis aut plegiarie, renunciantes .....

**Pro Francisco de Goriana contra Franciscum fabrum.**

Die XX mensis Marcij. In Terra Fluminis ... in domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus presbitero Dominico Tudrouich, Martino Crapina, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Franciscus faber condam Martini ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Francisco Benedicti de Goriana, habitatori Venetiarum, libras viginti tres et solidos duos paruorum, et hoc pro lana, habita a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Pro ser Antonio de Arimino contra Radoiam de Tragurio.**

Die XXIJ mensis Marcij. Sub arbore populea, que est ante portam Terre Fluminis ..., presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Christoforo Bachinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Alegretus condam Marini de Traguiro, habitator dicte Terre Fluminis, sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... ser Antonio Petri Stefani de Arimino ..... ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis nomine mutui .....

**Pro iudice Nicolao Micolich contra dominum capitaneum, et iudicem Georgium Ruseuich.**

Die XXIJ mensis Marcij. In lobia Terre Fluminis ..., presentibus iudice Grisano condam ser Martini, Vidacio sarctore, Georgio Passinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique generosus vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus dicte Terre Fluminis, et iudex Georgius Ruseuich ..... fuerunt contenti ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... libras octoaginta septem et solidos decem et septem paruorum, et hoc pro quadam plegiaria seu fideiussione, facta pro Catarina Pingui, hospite ad Fluuium. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promiserunt dicti debitores
S. 645. prefato creditori (S. 645.) per terminos infrascriptos, videlicet .....



http://library.foi.hr

**Pro domino capitaneo et iudice Georgio Ruseuich contra Catarinam hospitem.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Cum generosus vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus dicte Terre Fluminis, et iudex Georgius Ruseuich fecerint fideiussionem siue plegiariam iudici Nicolao Micolich pro libris octoaginta septem et solidis XVIJ pro Catarina Pingui, hospite ad Fluuium, uti constat in suprascripto instrumento, idcirco prefata Catarina, cum consensu Georgij Monoculi, eius viri asserti, obligando se et omnia sua bona ..... promisit prelibatis domino Andree et iudici Georgio, quod ipsos seruabit indemnes a suprascripta fideiussione et plegiaria .....

**Pro Martino Draganich de Subinico contra Bartolum Melcherich et Paulum Mortatich.**

Die XXIIIJ mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, iudice Vito condam ser Matchi, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Bartolus Melcherich et Paulus Mortatich, ciues dicte Terre Fluminis, ..... fuerunt contenti ... se iuste teneri ... Martino Draganich de Subinico ..... libras centum et viginti octo paruorum, et hoc pro oleo, habito a dicto creditore .....

**Pro Petro Volçich contra Andream Iuich.**

Die XXV mensis Marcij. In platea Terre Fluminis ..., presentibus Francisco Cigantich, Blasio condam Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Andreas Iuich de Grobinico ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Petro Volçich, ciui Castue, ..... libras sexaginta quinque paruorum, et hoc pro duobus molendinis et valcha, que dictus Andreas emit a predicto Petro .....

**Pacta iudicis Iacobi et Gasparis Melçer de Labaco.**

Die XX mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis ..., presentibus ser Mateo de Pelegrin, datiario dicte Terre Fluminis, iudice Georgio Ruseuich, ciue dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Iacobus, Micolich et Gaspar Melçer de Labaco ad inuicem conuenerunt et simul tale pactum fecerunt, videlicet quod dictus iudex Iacobus dare et numerare debeat predicto Gaspari ducatos centum et octoaginta auri in prompta pecunia, ex quibus confestim ipse iudex Iacobus dedit ducatos quadraginta auri prefato Gaspari, et etiam dare et consignare debeat predicto Gaspari milliaria quinque olei pro precio et nomine precij ducatorum triginta sex auri. Pro qua quidem olei quantitate et ducatis centum et octoaginta auri prelibatus
**S. 646.** (S. 646.) Gaspar predicto iudici Iacobo dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis ferrum bonum, pulcrum, et bullatum de Vlsperch pro precio ..... ducatorum vndecim auri cum vno quarto pro singulo milliario .....



http://library.foi.hr

**Pro suprascripto iudice Iacobo contra iudicem Mateum.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus ser Simeone Maurich, Vito Mateieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Mateus condam ser Donati..... fuit contentus... se iuste teneri... iudici Iacobo Micolich..... ducatos septuaginta duos boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro habito a dicto creditore..... Et ad maiorem cautellam predicti creditoris dictus debitor eidem obligauit..... septem crateras argenteas et decem coclearia argentea, et vineam siue pastinum, situm iuxta dictam Terram Fluminis promisitque dictus debitor predicto creditori, quod taliter faciet quod domina Nasta, eius mater, contentabit omnia et singula suprascripta.....

**Pro Petro balistario contra ecclesiam sancte Marie de Laureto.**

Die XX mensis Aprilis. In platea Terre Fluminis..., presentibus iudice Nicolao Micolich, Blasio Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Antonius Martini de Sirolo, ciuis Rechaneti, tanquam nuncius reuerendi..... domini domini Nicolai, episcopi Recanetensis et Maceratensis, et gubernatoris atque rectoris ecclesie sancte Marie de Laureto, fuit contentus... se habuisse ac recepisse a magistro Petro balistario, habitatore dicte Terre Fluminis, libras centum paruorum, quas olim Andreas, frater dicti magistri Petri, reliquit dicte ecclessie sancte Marie de Laureto, faciens prefatus Antonius, nomine quo supra, predicto magistro Petro finem, dimissionem.....

**Pro Petro Chonç contra Iagnaç.**

Die XXJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Gaspare Melçer de Labaco, Vito Mateieuich de dicta Terra Fluminis, testibus... Ibique Iohannes dictus Iagnaç ..... fuit contentus... se iuste teneri... Petro Chonç de Lach, habitatori Labaci,..... ducatos sex boni auri et iusti ponderis. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus

**S. 647.**

debitor prefato creditori (S. 647.) per terminos infrascriptos, videlicet.....

**Pro Francisco Bonçani contra Antonium sarctorem.**

Die XXVIJ mensis Aprilis. In lobia Terre Fluminis..., presentibus Iohanne Lisiça, Paulo Radauich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Antonius sarctor condam Benedicti, habitator dicte Terre Fluminis, sponte..... fuit contentus... se iuste teneri... Francisco condam ser Iacobi Bonçani de Iustinopoli..... libras quadraginta nouem paruorum, et hoc pro integro(!) solutione vnius debiti librarum septuaginta septem... paruorum, quas dicto Francisco dare tenebantur prefatus Antonius et Gregorius de Cregnino pro pannis ab ipso habitis, uti constat quodam cirografo..... Quas quidem libras XLVIIIJ dare et soluere promisit dictus Antonius prefato Francisco, creditori, per terminos infrascriptos, videlicet.....



http://library.foi.hr

**Pro iudice Grisano contra Antonium de Parentio.** Die primo mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus Nicolao Iohannis de Candia, Antonio Schinela de Iustinopoli, testibus . . . Ibique Antonius Petri de Parentio sponte . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . iudici Grisano condam ser Martini, ciui dicte Terre Fluminis . . . . . libras octoaginta quinque paruorum, et hoc pro lignamine, habito a dicto creditore, et pro aliquibus expensis . . . . .

**Compromissum iudicis Matei et Georgij Contouich.** Die tercio mensis Madij. In platea Terre Fluminis . . . , presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Grisano condam Martini, Vito Mateieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique cum verteretur lis et differentia inter Georgium Contouich, parte vna agentem, et iudicem Mateum condam ser Donati, parte altera se defendentem, occassione vnius marciliane dicti Georgij ipsi accepte per galeam ad custodiam Quarnarij deputatam, et occasione damnorum prelibato Geor-

**S. 648.** gio secutorum hanc ob causam, idcirco prefati Georgius et iudex Mateus, volentes parcere laboribus et expensis, (S. 648.) promiserunt et compromiserunt . . . . . in iudicem Maurum Vidonich, Lambertum Iacobi de Arimino, Iohannem condam domini Nicolai de Barnis et iudicem Damianum condam Matei, tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compòsitores, et bonos viros, promittentes quicquid per dictos arbitros . . . . . actum, factum, terminatum, sententiatum, et arbitratum fuerit perpetuo habituros firmum et ratum. Si autem prefatos arbitros et arbitratores contigerit non fore concordes, tunc generosus vir dominus Andreas de Foramine quintus esse debeat arbitrer(!) . . . . . inter eos, promittentes prefate partes parere . . . . . sententie, terminationi . . . . . , que et quas prefati quinque arbitri . . . siue eorum maior pars dixerit . . . , sententiauerit . . . . .

**Emptio domine Catarine condam Rafaelis, et eius filiorum.** Die XXJ mensis Iunij. In Terra Fluminis . . . , presentibus ser Simeone Maurich, Cipriano Faricich, Martino Crapina, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Gregorius Rafaelich . . . . . dedit, vendidit, et tradidit domine Catarine, eius priuigne, stipullanti . . . . . pro se . . . . . ac nomine et vice Ambrosij et Francisci, eius filiorum . . . . . vnam domum siue canipam, quam dictus condam Rafael, pater dicti venditoris tenebat ad liuellum a monasterio sancti Augustini, ad habendum, tenendum, possidendum . . . . . et hoc pro precio et nomine precij librarum octoaginta paruorum . . . . .

**Acceptatio Michaelis in ciuem.** Die $X^0$ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis . . . coram populi multitudine copiosa generosus vir dominus Andreas de Foramine, capitaneus, iudices, et consilium Terre Fluminis sancti Viti pro felici ac bono statu illustrium dominorum suorum de



http://library.foi.hr

Balse ac pro augmento dicte Terre Fluminis, acceperunt et acceptauerunt in ciuem dicte Terre Fluminis Michaelem, habitatorem Laurane, et generum olim iudicis Simonis de Laurana, volentes quod dictus Michael possit et valeat gaudere, frui, et uti omnibus et singulis priuilegijs, benefitijs, immunitatibus, et iuribus, quibus alij ciues habitantes in dicta Terra Fluminis gaudere, frui, et uti valent, his condicione et pacto, quod dictus Michael teneatur et debeat soluere, facere, et exercere omnes et singulas collectas, factiones, et angarias, quas soluere, facere, et exercere tenentur et debent alij ciues, habitantes in dicta Terra Fluminis, qui quidem Michael iurauit ad sancta Dei euangelia, manibus tactis scripturis, quod erit fidelis illustribus dominis de Balsse, et dicte Terre Fluminis.

**S. 649. Pro Iohanne Micolich contra Lampertum.**

Die XVJ mensis Iulij. In lobia Terre Fluminis..., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Blasutho condam Petri, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Lampertus Petri Chonç de Lach sponte..... fuit contentus... se iuste teneri... Iohanni iudicis Nicolai Micolich..... ducatos viginti tres boni auri et iusti ponderis et solidos XL[ta] paruorum, et hoc pro croco id est çafrano, habito a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit in dicta Terra Fluminis tantum ferrum bonum et bullatum de Vlsperch pro precio..... ducatorum vndecim cum dimidio auri usque ad festum.....

**Pro Laurentio Sinçich[1]) et Petro Spinçich contra Iacobum Pomignach.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Blasio cerdone condam Antonij, Iacobo Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Iacobus Pomignach de Labaco sponte..... fuit contentus... se iuste teneri... Laurentio Sinçich et Petro Spinçich de Castua..... ducatos decem et octo boni auri.....,  quos dictus debitor fuit confessus se habuisse ac recepisse in prompta pecunia a dictis creditoribus. Quos quidem ducatos XVIIJ dictus debitor prefatis creditoribus dare et soluere promisit usque ad festum.....

**Pars quod piscari possint toni etiam diebus festiuis.**

Die XVIJ mensis Iulij. Per generosum virum dominum Andream de Foramine, capitaneum, iudices, et consilium Terre Fluminis sancti Viti, sedentes in lobia comunis, statutum et ordinatum fuit, quod quilibet ciuis et habitator dicte Terre Fluminis ab hodierna die in perpetuum possit et valeat absque aliqua pena piscari in valle, que dicitur Prelucha, cum rectibus a tonis tam diebus siue noctibus festiuis quam alijs noctibus uel diebus, et hoc eo quod dicta piscatio sit solum aliquo tempore in dicto loco, et non toto anno.

1) U izvorniku in margine znak cedille stavljen omaškom pod drugo mjesto pod prvo »c« tog prezimena.



http://library.foi.hr

**Pro ser Antonio de Arimino contra Radoiam, et eius uxorem.**

**S. 650.**

Die XVIIIJ mensis Madij [1]). In Terra Fluminis... in domo habitationis infrascripti Alegreti, presentibus Blasio condam Antonij de Segua, Iusto barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Alegretus condam Marini de Tragurio et Elena, eius uxor, simul et in solidum,..... fuerunt contenti... se iuste teneri... ser Antonio Petri Stefani de Arimino, habitatori Segne..... ducatos tresdecim boni auri..., et hoc pro saldo (S. 650.)... et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque prefati ser Antonius et Alegretus simul habuissent siue habere potuissent usque ad presentem diem. Quos quidem ducatos tresdecim prefati debitor et debitrix simul et in solidum dare et soluere promiserunt predicto creditori per terminos infrascriptos, videlicet.....

**Procura Pauli Lustalar de Labaco.**

Die XXJ mensis Iulij. In platea..., presentibus Paulo Mortatich, Francisco Cigantich, testibus... Ibique Paulus Lustalar de Labaco..... ordinauit Alegretum Marini de Tragurio..... suum verum et legitimum procuratorem..... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas habet siue habiturus et cum heredibus condam Rafaelis de Fossambruno, tam in agendo quam in defendendo, et ad comparendum.....

**Pro Paulo Lustalar contra heredes condam Rafaelis.**

Die XXJ mensis Iulij. In statione infrascripti condam Rafelis in Terra Fluminis..., presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Iacobo Micolich, ser Simeone Maurich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique domina Catarina, uxor condam Rafaelis de Fossambruno, tanquam tutrix et gubernatrix Ambrosij et Francisci, filiorum suorum, cum voluntate et consensu mei notarij infrascripti commissarij, fuit contenta... se iuste teneri... iudici Paulo Lustalar..... ducatos octoaginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent prefati condam Rafael et Paulus Lustalar usque ad presentem diem. Quos quidem ducatos prefata debitrix, nomine quo supra, dare et soluere promisit dicto creditori..... usque ad festum.....

**Compromissum Dimitrj et ser Pauli Scanda de Venetijs.**

Die prescripto. In platea Terre Fluminis.... presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Filipo Laurentij de Arimino, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Demitrius condam Georgij, parte vna, et ser Paulus Schanda de Venetijs, parte altera, volentes parcere laboribus et expensis, promiserunt et compromiserunt..... in probum virum ser Gabrielem Lapacij de Firmo et Prodanum Radeni de Pago

1) U slijedu iprava datiranih »mensis Iulij« na tom mjestu »mensis Madij« sigurno omaškom mjesto »mensis Iulij«.



http://library.foi.hr

tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores pro omnibus et singulis differentijs, litibus, et controuersijs, quas quomodocunque ipsi compromittentes simul haberent aut habere possent usque ad presentem diem quacunque ratione uel causa, promittentes prefate partes stare, parere, obedi-

**S. 651.** re ..... omnibus (S. 651.) et singulis sententie, laudo, arbitrio ....., que et quas prefati arbitri ..... dixerint, fecerint, sententiauerint, terminauerint siue arbitrati fuerint ....., sub pena ducatorum XXV auri, cuius pene tercia pars sit dominij sub quo lis mouebitur, tercia pars dictorum arbitrorum et arbitratorum, et tercia pars partis obseruantis et pare(n)tis, cum obligatione omnium suorum bonorum .....

**Sententia Pauli Schanda et Demitrij.**

Nos Gabriel Lapacij de Firmo et Prodanus Radeni de Pago, arbitri, arbitratores ....., alecti per Demitrium condam Georgij et ser Paulum Schanda, vti constat instrumento compromissi scripto ....., visis, auditis, et intellectis omnibus et singulis, qua dicti Demitrius et Paulus dicere et allegare voluerunt, tam oretenus quam in scriptis ..... dicimus, sententiamus ..... quod dictus Paulus Scanda dare debeat prefato Demitrio ducatum vnum auri, et quod omnes et singule petitiones, facte tam oretenus quam in scriptis ab utraque parte sint casse, vane, irrite, et nullius valoris, et quod omnia et singula debita et credita, facta ab ipsis siue ab altero ipsorum, pro nauignio siue pro societate sint pariter et eque prefatorum Pauli et Demitrij, imponentes predictis partibus perpetuum scilentium .....

Lata, data, et in his scriptis sententialiter pronunciata et promulgata fuit suprascripta sententia per suprascriptos arbitros ..... die XXIJ mensis Iulij anno domini MCCCCLVIIJ, indictione sexta, presentibus Lamberto Iacobi de Arimino, Alegreto Marini de Tragurio, testibus .....

**Pro ser Iohanne Poiesse contra iudicem Mateum.**

Die XXVIJ mensis Iulij. In platea Terre Fluminis ..., presentibu iudice Damiano condam Matei, Iusto Samburich, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati promisit ser Iohanni de Rosis de Neapoli, quod ipsi soluet libras septuaginta unam et solidos quatuor paruorum usque ad decem dies ... sin autem ipse iudex Mateus vult quod due cratere argentee, vnus mortarius de cupro, viginti septem botoni de margaritis, et duo gropi etiam de margaritis, quas res prefatus ser Iohannes habet in pignere sint et esse debeant ipsius ser Iohannis, tanquam ipsas ad publicum incantum emisset.

**Pro Antonio sarctore contra Franciosum.**

Die XXX mensis Iulij. In lobia ....., presentibus presbitero Vito Cersatich, Agabito Contouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Blasius condam Antonij de Segna,



http://library.foi.hr

ciuis dicte Terre Fluminis, dixit, asseruit, et affirmauit qualiter ser Iohannes de Vararijs de Francia, habitator Buchari, recepit ab Antonio sarctore condam Benedicti de Esculo ducatos decem auri pro parte solutionis debiti ducatorum decem et octo, vti constat cirographo, scripto manu dicti ser Iohannis die XXVIIJ mensis et anni suprascriptorum. Qui quidem cirographus est apud dictum Blasium. Item predictus Blasius,
S. 652. (S. 652.) tanquam procurator vltrascripti, uti constat quadam scriptura, scripta in Sclabonico, manu presbiteri Ambrosij de Bucaro asserti cancelarij Bucari, fuit contentus ... se habuisse ac recepisse a dicto Antonio sarctore ducatos quatuor pro parte solutionis suprascripti debiti.

**Finis Radoie et Antonij Pauli sarctoris.**

Die vltimo mensis Iulij. In platea ..., presentibus Blasio Antonij de Segna, Blasio Agabitich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Alegretus Marini de Tragurio et Antonius sarctor condam Benedicti de Esculo, ambo habitatores dicte Terre Fluminis, ..... fecerunt vnus alteri ad inuicem finem, dimissionem, quietationem ..... de omni et singulo debito, iure, et actione ac omnibus et singulis, ad que vnus alteri ad inuicem tenerentur siue teneri possent quacunque ratione uel causa usque ad presentem diem, promittentes .....

**Finis Pauli Radauich et Antonij sarctoris.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Damiano condam Matei, Blasio Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..., Ibique Pulus Radauich de Castua et Antonius sarctor condam Benedicti de Esculo ..... fecerunt vnus alteri ad inuicem finem, dimissionem ..... de omni et singulo debito, iure, et actione ac omnibus et singulis, ad que vnus alteri ad inuicem tenerentur siue teneri possent quacunque ratione uel causa usque ad presentem diem, promittentes .....

**Copia litere, misse domino Martino Raunacher, milliti.**

Spectabilis ac generose amice carissime. Coram nobis comparuit Filipus de Arimino, tanquam procurator et rerum gestor Ade Antonij de Firmo et Tomasij Antonij de Firmo, asserens et dicens se a vobis habere in pignere vnam(!) balteum siue cingulum argenteum deauratum pro ducatis LXXVJ auri, quod cingulum intendit facere incantari et subastari, quapropter vestre spectabilitati notificamus, quod a die presentationis harum nostrarum literarum usque ad octo dies ..... dicto Filipo, requirente, dabimus licenciam ipsi Filipo quod cingulum predictum valeat facere incantari et subastari, secundum consuetudinem huius loci. De harum autem presentatione dabimus Veneciano, harum gerulo(!), plenam fidem, tanquam nuncio nostro. Valete. Datum in Terra Fluminis ... die primo mensis Augusti 1458. Iudices et consilium Terre Fluminis sancti Viti.



http://library.foi.hr

A tergo: Spectabili ac generoso milliti domino Martino Raunacher, amico honorabili.

**Pro iudice Nicolao Micolich contra iudicem Maurum Vidonich.**

Die secundo mensis Augusti. In platea....., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, ser Bartolo Bachinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Maurus Vidonich sponte..... fuit contentus... se iuste teneri... iudici Nicolao Micolich..... ducatos septuaginta sex boni auri et iusti ponderis et solidos XLVIIJ paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium suarum rationum, uti constat instrumento ..... Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori a festo..... usque ad duos annos..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit..... domum sue habitationis cum muralea et curia et domum iuxta Çuecham, his pacto et condicione, quod.....

**S. 653. Finis iudicis Nicolai et iudicis Iacobi Micholich, fratrum.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Mateo condam ser Donati, iudice Georgio Ruseuich, iudice Grisano condam ser Martini, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Nicolaus Micolich..... et iudex Iacobus Micolich, eius frater, fecerunt vnus alteri ad inuicem finem, dimissionem, quietationem..... de omni et singulo debito, iure, et actione ac de omnibus et singulis, ad que vnus alteri ad inuicem tenerentur..... usque ad presentem diem quacunque ratione uel causa, liberantes et absoluentes vnus alterum.....

**Pro iudice Nicolao contra Siuichum molendinarium.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Iohanne Machagnan, Iohanne Marnich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Siuichus molendinarius sponte..... fuit contentus... se iuste teneri... iudici Nicolao Micolich..... starolos centum et viginti frumenti, et hoc pro affictu molendini pro vno anno..... Quam quidem frumenti quantitatem dare et consignare promisit predictus Siuichus dicto iudici Nicolao ad omnem ipsius requisitionem.....

**Procura Gasparis Antonij de Firmo.**

Die septimo mensis Augusti. In platea....., presentibus Iohanne de Fantonis de Florentia, Paulo Agresta de Iustinopoli, Antonio sarctore condam Benedicti de Esculo, testibus... Ibique Gaspar Antonij fe Firmo..... ordinauit Filipum Laurentij de Arimino et Georgium Rompler de Labaco..... suos veros et legitimos procuratores....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur tam in partibus Carniole quam alibi, et de per eos siue alterum ipsorum receptis finem.....



http://library.foi.hr

**Procura ser Antonij Budro.**

**S. 654.**

Die octauo mensis Augusti. In platea....., presentibus Antonio Chauogrosso, habitatore Venetiarum, Ambrosio Antonij, habitatore Pole, Paulo Agresta de Iustinopoli, testibus... Ibique ser Antonius Budro de Iustinopoli..... ordinauit ser Gasparinum Budro, eius fratrem, et ser Iacobum, filium dicti ser Gasparini..... suos veros et legitimos procuratores... (S. 654.) ..... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, controuersijs,... que et quas quomodocunque habet siue habiturus est cum quacunque persona, tam in agendo quam in defendendo, tam Venetijs et in partibus Istrie quam alibi. Item ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, et de per eum (! eos) receptis finem.....

**Pro abbate a Prelucha contra Antonium sarctorem.**

Die nono mensis Augusti. Ante portam Terre Fluminis... a mari, presentibus Cipriano Fariçich, Blasio condam Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Antonius sarctor condam Benedicti de Esculo sponte..... fuit contentus... se iuste teneri... venerabili viro domino Iacobo, abbati sancti Iacobi a Prelucha..... ducatos quinque boni auri..., et hoc pro saldo et calculo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad presentem diem.....

**Pro Antonio sarctore contra abbatem a Prelucha.**

Die nono mensis Augusti. In domo condam Iohannis Babich, que est iuxta Fluuium a parte Terre Fluminis..., presentibus Cipriano Fariçich, Blasio condam Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique venerabilis vir dominus Iacobus, abbas sancti Iacobi a Prelucha, promisit Antonio sarctori condam Benedicti de Esculo, quod ab ipso non vult habere neque petere affictum pro parte illa stationis ecclesie sancti Iacobi a Prelucha, quam tenet ad affictum Iustus barberius pro ducatis tribus auri singulo anno..., sed dictum affictum petere vult et exigère a predicto Iusto, ibidem presente, consentiente et contentante soluere ipsum affictum suprascripto domino abbati.

**Pro suprascripto domino abbate. Affictatio stationis Iusto barberio.**
**S. 655.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Venerabilis vir dominus Iacobus, abbas sancti Iacobi a Prelucha locauit et affictauit Iusto barberio illam partem stationis, quam nunc tenet, pro ducatis tribus auri pro singulo anno, soluendis secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis pro octo annis immediate secuturis, completo numero annorum quibus Antonius sarctor condam Benedicti (S. 655.) conduxit ipsam domum cum tota statione, hoc pacto et condicione, quod prelibatus abbas teneatur diffalcare medium ducatum auri, et non plus, pro omnibus et singulis expensis quomodocunque ab ipso Iusto in ipsa sta-



http://library.foi.hr

tione factis usque ad presentem diem, et omnia debeant remanere dicto domino abbati siue eius successoribus, que sunt iam exposita in dicta parte stationis.

**Procura Elene de Bachiaria.**

Die XV mensis Augusti. In platea ....., presentibus ser Vito Rosso, ser Mauro Vidonich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Elena, uxor Matei de Bouich de Sclauonia, et olim ancilla ser Saluatoris Gregorino Sanssalj in ciuitate Veneriarum, ..... ordinauit Iohannem Consuli cimatorem, habitatorem Venetiarum, ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum a suprascripto ser Saluatore quicquid dicte constituenti teneretur quacunque ex causa, et de per eum receptis finem ..... faciendum, et ad comparendum coram quocunque rectore ac iudice ad agendum, petendum .....

**Procura Andree Seualich.**

Die XVIIJ mensis Augusti. Ante portam Terre Fluminis ... a mari, presentibus Simeone Pilar, Andrea Iurchouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Andreas Seualich de Cregnino ..... ordinauit Venecianum de Cregnino..... suum verum et legitimum procuratorem ..... ad exigendum a Bartolo cerdone quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa, et de per eum receptis finem .....

**Compromissum Tomasini et Michse.**

Die XVIIIJ mensis Augusti. In platea ....., presentibus iudice Vito Barulich, Christoforo Bachinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Vegla, parte vna, et Michsa stacionarius, habitator Vegle, cum consensu et voluntate Iacobi Çopich, eius nepotis, parte altera, promiserunt et compromiserunt ..... in Dominicum de Iadra carpentarium, et Ambrosium Dolinich, et Acatium Barlechouich, tanquam in arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores pro differentia, quam dicte partes simul habent, pro expensia factis in construendo, aptando, et reparando muraleam dicti Iacobi Çopich, promittentes prefate partes stare, parere, et obedire omni et singule sententie, terminationi, et diffinitioni, que prefati arbitri ..... dixerint, fecerint, sententiauerint, terminauerint, et arbitrati fuerint ..... sub pena librarum centum et quinquaginta .....

**S. 656. Procura Massij de Ortona.**

Die XXVIJ mensis Augusti. In platea ....., presentibus Iohanne Rossouich, Blasulo carpentario, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Massius Salli de Ortona a mari ..... ordinauit Filipum Laurentij de Arimino ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad faciendum incantari et subastari quoddam pignus Iachobi Choçich de Bucharo, et denarios pro ipso pignere et expensis recipiendum .....



http://library.foi.hr

**Procura Iohannis Fantoni.**

Die quarto mensis Septembris. Iuxta macellum Terre Fluminis .... presentibus Lamberto Iacobi de Arimino, Donato iudicis Matei, testibus ... Ibique Iohannes Fantoni de Florentia ..... ordinauit Filipum Laurentij de Arimino ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur per totam prouinciam Sclauonie, et de per eum receptis finem ..... faciendum .....

**Pro Iohanne Fantoni contra Teodorum et Ciprianum, eius filium.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Damiano condam Matej, Andrea dicto Goisa pilipario, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Teodorus condam Dominici, cum voluntate et consensu Cipriani, filij sui, ..... promisit dare et soluere Iohanni Fantoni de Florentia ..... libras triginta septem paruorum, per terminos infrascriptos, videlicet ....., hoc pacto et condicione, quod si dictus debitor prefato creditori non soluerit ..... quod tunc et eo casu predictus debitor possit et valeat facere incantari et subastari sua pignera, hoc est domum, in qua habitat, et vineam, que dicitur Draga, absque alicuius contradictione.

**Locatio pro Cessigna.**

Die nono mensis Septembris. Sub porta superiori Terre Fluminis ..., presentibus Martino Satanni, Bartolo Melcherich, testibus ... Ibique Christoforus, cancelarius Pisini, confirmauit possessiones ad laborandum Stefano Cesigna [1]) usque ad quinque annos, quas dictus Stefanus laborauit quinque annis elapsia, cum eisdem pactis et condicionibus, ita tamen quod ducatos decem auri, quos dictus Cessigna prefato Christoforo dare tenetur in presenti, ipsos dare et soluere debeat usque ad quinque annos proxime futuros.

**Locatio pro Cessigna.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Christoforus, cancelarius Pisini, dedit et locauit ad laborandum Stefano Cessigna duas vineas, sitas in Schurigna, usque ad quinque annos proxime futuros, his pactis et condicionibus, quod predictus Stefanus bene et diligenter laborare debeat ..... secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, et plantare de nouo vites, vbi vites forent rare, secundum iudicium Martini Satanni et Viti
**S. 657.** Mateieuich. (S. 657.) Et quod dictus Stefanus habere debeat hoc anno et tribus annis sequentibus omnes et singulos vsufructus dictarum vinearum. Duobus (scil. alijs) uero annis medietas vsufructuum ipsarum vinearum deueniat prefato Christoforo locatori. Pro quibus omnibus .....

---

1) Na tom mjestu u izvorniku »Cesigna«, s jednim »s«.



http://library.foi.hr

**Diuisio bonorum Iacobi Bachinich et Christofori, eius fratris.**

Die XXIJ mensis Septembris. In platea ....., presentibus iudice Iacobo Micolich, iudice Georgio Ruseuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Bachinich et Christoforus, fratres, ad talem de comuni concordio peruenerunt diuisionem, videlicet quod predictus Iacobus debeat habere in partem et nomine partis domum, in qua est apotecha et curia, et vineam paruam in Viçich, et medietatem orti, siti in Barbachano, videlicet partem illam que est versus portam. Christoforus autem habere debeat in partem et nomine partis domum magnam, in qua est canipa, in qua debeat facere scalas pro ingressu dicte domus, et teneatur claudere portas et exedras versus domum et curiam prescriptam, et vineam magnam in Viçich, et alteram medietatem orti, et habere debeat viam per ortum dicti Iacobi, ita tamen quod prefatus Christoforus facere possit schafam super medietate orti dicti Iacobi. Pro quibus omnibus .....

**Pro iudice Iacobo Micolich contra Martinum Draganich.**

Die quarto mensis Septembris.[1]) In platea ....., presentibus iudice Grisano condam ser Martini, Ambrosio Dolinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Martinus Draganich de Subinicho sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Iacobo Micolich ..... ducatos decem et septem cum vno tercio boni auri et iusti ponderis, et hoc pro barilis quatuor clauorum, habitis a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare ... promisit dictus debitor prefato creditori usque ad ..... sub pena ..... volens dictus debitor .....

Die quinto mensis Septembris[1]). In Terra Fluminis ... in domo heredum condam iudicis Iohannis dicti Bachini, presentibus presbitero Iohanne Susselich, ser Georgio Ruseuich, Iusto Samburich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique domina Malgarita, uxor condam generosi millitis domini Georgij Cherendich et Iacobus et Christoforus, eius fratres et filij suprascripti condam iudicis Iohannis omni via, modo iuris, et forma .....[2])

**S. 658. Pro Antonio sarctore contra ser Iohannem Francioso.**

Die sexto mensis Octobris. In platea ....., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Damiano condam Matei, habitatoribus dicte Terre Fluminis, Nicolao Tomasini de Vegla, testibus ... Ibique Blasius condam Antonij de Segna, ciuis dicte Terre Fluminis, tanquam procurator et procuratorio nomine ser Iohannis dicti Francioso, habitatoris Buchari, fuit

---

1) Iza posljednjeg uneska datiranog s »Die XXIJ mensis Septembris«, datum tih dvaju unesaka omaškom pisan »Die quarto« i »Die quinto mensis Septembris« mjesto »Die quarto« i »Die quinto mensis Octobris«. Ista se griješka bila potkrala na dva mjesta odn. u datumu dvaju unesaka i na slijedećoj str. (S. 658.) izvornika, ali ju je tamo notar sam opazio i ispravio, t.j. »Septembris« precrtao i povrh napisao »Octobris«.

2) Taj unesak u kodeksu samo započet i ostao nedovršen.
Isto tako taj unesak, među rijetkima u izvorniku, ne nosi marginalnu bilješku.



http://library.foi.hr

contentus . . . se habuisse ac recepisse ab Antonio sarctore condam Benedicti de Esculo ducatos decem et octo boni auri et iusti ponderis, et hoc pro integra solutione totius illius in quo predictus Antonius prefato ser Iohanni dare teneretur quacunque ratione uel causa usque ad presentem diem, faciens suprascriptus Blasius, nomine quo supra, prefato Antonio . . . . . finem, dimissionem, quietationem . . . . .

Procura Leonardi Batello.

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Barulo Chergnaueçich, Grescho marinario, Georgio Golçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Leonardus Batello de Maçorbo . . . . . ordinauit Iohannem Baptistam de Arimino . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ex causa per totam Sclauoniam, et de per eum receptis finem . . . . .

Procura Bernardi.

Die X mensis Octobris. In platea . . . . . , presentibus Paulo Vidotich barberio, Alegreto de Ragusio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Bernardus de Cataro, habitator dicte Terre Fluminis . . . . . ordinauit Iohannem Baptistam de Arimino . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim ad faciendum incantari et subastari aliquas res Bartolomei remerij condam Pauli, habitatoris Venetiarum, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis. Et generaliter . . . . .

Pro Paulo Radauich contra Bartolum cerdonem.

Die XIIJ mensis Octobris. In platea . . . . . , presentibus Georgio Golçich, Stefano Lausich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Bartolus cerdo . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Paulo Radauich . . . . . libras quinquaginta quinque et solidos sex paruorum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum . . . . .

S. 659. Procura Clare Martince.

Die XIIIJ mensis Octobris. In Terra Fluminis . . . in domo habitationis infrascripte constituentis, presentibus presbiteris Vito Cersatich et Mateo Barberich, canonicis dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Clara, uxor condam Martinacij . . . . . ordinauit Alegretum Marini de Tragurio . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim in lite et differentia, quas habet siue habitura est cum Blasio, filio Agabitich, occasione matrimonij siue sponsalium, uti fertur, contractarum inter predictam constituentem et prefatum Blasium, et ad comparendum coram venerabili viro domino presbitero Iohanni(!), arcidiacono dicte Terre Fluminis, et vicario reuerendi domini episcopi Polensis, ad agendum, petendum, respondendum . . . . .



http://library.foi.hr

**Procura Nicolai in Blasiçam.**

Die XVJ mensis Octobris. In lobia ....., presentibus Iohanne Rossouich, Blasio Agabitich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus condam iudicis Pauli Cresolich de dicta Terra Fluminis ..... ordinauit Blasium condam Antonij de Segna, ciuem dicte Terre Fluminis, ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, controuersijs ....., que et quas habet siue habiturus est cum quacunque persona, tam in agendo quam in defendendo, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur tam in dicta Terra Fluminis quam alibi, et de per eum receptis finem, dimissionem, quietationem ..... faciendum .....

..... Anno Natiuitatis ..... MCCCCLVIIJ, indictione sexta, instrumenta que secuntur, scripta fuerunt per me Antonium de Renno cum non eram cancelarius.[1])

**Pro Georgio Reçanin contra Bartolum Bachinich.**

Die XVIIIJ mensis Octobris. In platea ....., presentibus domino Iacobo, abbate sancti Iacobi a Preluch[2]), Chirino Spinçich de Castua, testibus ... Ibique ser Bartolus Bachinich sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... ser Georgio Andregetich, ciui dicte Terre Fluminis, ..... ducatos decem et nouem boni auri et iusti ponderis et solidos triginta octo nomine mutui. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit ..... suam vineam, positam ad Braidam.

**S. 660. Procura Nicolai a Rocha.**

Die XX mensis Octobris. In platea ....., presentibus Blasuto condam Petri, Simone Pilar, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Francisci a Rocha ..... ordinauit Martinum Satanni ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constitueretur (! omaškom mjesto »constituenti teneretur) quacunque ratione uel causa, tam in dicta Terra Fluminis quam alibi, et de per eum receptis finem ..... faciendum .....

**Pro Antonio sarctore contra dominum Franciscum de Barnis.**

Die XXV mensis Octobris. In platea ....., presentibus iudice Nicolao condam Antonij, Blasio Antonij de Segna, Paulo Radauich, Tomasio de Mutiniça bechario, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique cum Gregorius textor, çupanus Cruseuiçe, presentauit Antonio sarctori condam Benedicti vnam literam Francisci condam generosi millitis domini Nicolai de Barnis in qua inter alia continetur quod predictus Antonius per dictum Gregorium sibi mittere debeat

1) Istu naslovnu bilješku nalazimo već prije, na 631. listu izv., te smo na tu na odgovarajućem mjestu prijepisa upozorili. Mislimo, da je ova ponovna istovrsna bilješka suvišna na tom mjestu u kodeksu.
2) Dok na drugim mjestima redovito »a Prelucha« ovdje »a Preluch«.



http://library.foi.hr

libras octo et suum instrumentum, idcirco prefatus Antonius predicto çupano dedit instrumentum emancipationis dicti Francisci, scriptum manu ser Iohannis, cancelarij Segne, et libras octo, sicut in litera dicti Francisci continetur.

**Pro Paulo barberio contra Martinum, habitatorem Humagi, et eius exorem.**

Die XXVIJ mensis Octobris. In lobia ....., presentibus Agabito Contouich, Alegreto Marini de Tragurio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Martinus de Labaco, habitator Humagi, et Magdalena, eius uxor, simul et in solidum fuerunt contenti ..... se iuste teneri ... magistro Paulo Vidotich, barberio, ciui dicte Terre Fluminis, ..... ducatos septem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro resto et complemento solutionis medicature vnius maximi vulneris, de quo dictus magister Paulus sanauit prefatum Martinum, uti ipse Martinus asseruit et affirmauit. Quos quidem ducatos septem auri prefati debitores simul et in solidum dare et soluere promiserunt in dicta Terra Fluminis dicto creditori per terminos infrascriptos, videlicet ..... Pro quibus omnibus .....

**S. 661. Pro iudice Iacobo Micolich contra Petrum Chonç de Lach.**

Die penultimo mensis Octobris. In platea ....., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Antonio sarctore condam Benedicti, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Petrus Chonç de Lach ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Iacobo Micolich ..... libras centum et septuaginta paruorum, et hoc pro croco uel çafrano, habito a dicto creditore. Item tenetur dictus Petrus accipere a dicto iudice Iacobo vnam salmam siue sarcinam ficuum pro precio et nomine precij librarum sex paruorum pro singulo centenario. Pro quibus quidem libris 170 denariorum et pro valore dictarum ficuum prefatus Petrus dare et consignare promisit dicto iudici Iacobo in dicta Terra Fluminis sarcinas duas id est barilas quatuor clauorum a quaterno a barcha, milliariorum nouem pro singula barilla, pro precio ... ducatorum quatuor auri pro singula barilla, et pro residuo ferrum pulcrum et bonum de Vlspergo pro precio ... ducatorum decem pro milliario usque ad festum ..... Pro quibus omnibus .....

**Protestus Chirini Spinçich.**

Die sexto mensis Nouembris. In lobia ....., presentibus Bartolo Melcherich, Iohanne Marnich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis comparuit Chirinus Spinçich de Castua, ciuis dicte Terre Fluminis, asserens et dicens qualiter prefati dominus capitaneus, iudices, et consilium terminauerunt, quod terrenum super quo ipse fundauit domum iuxta pallatium illustrium dominorum de Balse sit pignus pro debito in quo condam Iurlinus hospes et domina Matea, eius uxor, tenentur siue tenebantur simul et in solidum Petrichio et Tome, fratribus, et Vito, om-



http://library.foi.hr

nibus de Cuceuia, quod ipsi Chirino redundat et redundauit in maximum damnum et detrimentum eo quod oportet aut quod perdat domum suam aut ipsam destruat, quapropter omnibus et singulis iuris remedijs ..... protestatus fuit contra suprascriptam dominam Mateam ... de ducatis mille auri pro suo damno et interesse, et de expensis .....

**Pro Dominico de Pola contra iudicem Mateum.**

Die prescripto. In platea ....., presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Tonsa condam ser Nicole, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati, obligando se et omnia sua bona, promisit Dominico condam Iusti de Pola quod primo bono tempore ibit Chersum et ibidem cum effectu curabit, quod Iohannes Cudobiçich de Cherso vocabit se contentum et confessum recepisse a dicto iudice Mateo libras nonaginta paruorum nomine ac vice prefati Dominici, quas libras nonaginta dictus iudex Mateus dare debet predicto Dominico .....

**Pro Petrichio et Vito contra dominam Mateam.**

Die VIIJ mensis Nouembris. In platea ....., presentibus generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, iudice Mateo condam ser Donati, iudice Iacobo Micolich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique domina Matea, uxor condam Iurlini, hospitis, ..... fuit contenta ... se iuste teneri ... Iacobo Ratich de Cuceuia, tanquam procuratori Petrichij de Cuceuia et Viti Magrulini, ducatos viginti septem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro complemento et integra solutione vnius debiti ducatorum quadraginta octo boni auri
**S. 662.** et iusti ponderis, uti constat instrumento, scripto ..... (S. 662.) ..... Quos quidem ducatos dare et soluere (promisit) dicta debitrix prefato procuratori per terminos infrascriptos, videlicet ..... Et ad maiorem cautellam predicti procuratoris prelibata debitrix eidem obligauit ..... suum ortum ad Punctam .....

**Pro generoso domino Andrea de Foramine, capitaneo, contra Vitum Magrulini, eius filium, et Iacobum Ratich.**

Die XIJ mensis Nouembris. In Terra Fluminis ... in pallatio illustrium dominorum de Balse, presentibus iudice Grisano condam ser Martini, ser Simeone Maurich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Vitus Magrulin (! in margine »Magrulini«), Baldasar eius filius, et Iacobus Ratich, simul et quilibet eorum in solidum fuerunt contenti ... se iuste teneri ... generoso viro domino Andree de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, ducatos quadraginta boni auri et iusti ponderis, et hoc pro plegiaria seu fideiussione, quam fecit suprascriptus dominus Andreas Simoni Sagagnich de Nouigrado nomine magnifici comitis Martini pro suprascripte Vito pro talea dicto Vito posita per prescriptum comitem Martinum.



http://library.foi.hr

Quos quidem ducatos dare et soluere promiserunt prefati debitores simul et in solidum usque ad festum ..... sub pena .....

**Procura Iacobi Copich.**

Die XIIJ mensis Nouembris. In lobia ....., presentibus Iohanne dicto Iagnaç, Valento genero Lucacij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus condam Nicolai Çopich omni via, modo etc. ordinauit Nicolaum de Segna dictum Michsa, eius auunculum, et Suetinam de Lippa, suos veros et legitimos procuratores ....., presertim in omnibus et singulis litibus, placitis ..... que et quas habet siue habiturus est cum Nicolao Tomasini de Vegla, tam in agendo quam in defendendo, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur, et de per eum receptis finem .....

**Pro Maria Draschoua contra Lauroium.**

**S. 663.**

Die XXV mensis Nouembris. In platea ....., presentibus Iacobo Cigantich, Luca Samburich, Milasino calafato, testibus ... Laurentius Alegreti de Calamota ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Marie, uxori Bartoli cerdonis ..... libras quadraginta paruorum, (S. 663.) et hoc pro complemento solutionis domus, quam dictus Laurentius emit a prefata Maria. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefate creditrici usque ad festum .....

**Protestus presbiteri Alexandri, plebani.**

Die primo mensis Decembris. In Terra Fluminis ... in statione iudicis Nicolai Micolich et iudicis Iacobi, fratrum, presentibus presbitero Antonio Vissignich, presbitero Baldasare, rectore scolarum, testibus ... Ibique coram venerabili viro domino presbitero Iohanne Micolich, arcidiacono et vicario reuerendi domini episcopi Polensis comparuit venerabilis vir dominus presbiter Alexander, plebanus dicte Terre Fluminis, asserens et dicens qualiter presbiter Antonius Repeglich die penultimo mensis preteriti dixit sibi multas iniuria(!), et inter alias dixit sibi, quod indignus missam celebrabat, quam ob causam non audet celebrare quousque a tali iniuria non erit purgatus, quod ipsi plebano in maximum redundat dedecus, detrimentum, et damnum, quapropter omnibus illis iuris remedijs, quibus fieri potest, protestatus fuit contra prefatum presbiterum Antonium, ibidem presentem et audientem, singula die qua stabit in dicta Terra Fluminis de solidis quadraginta, et singula die incipiendo a die qua a dicta Terra Fluminis recedet pro eundo Polam ad reuerendum dominum episcopum Polensem de ducatis quatuor auri, et hoc usque ad finem litis.

**Procura iudicis Nicolai in Iohannem, eius filium.**

Die nono mensis Decembris. In platea ....., presentibus presbitero Antonio Repeglich, Gaspare Andregetich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre (Fluminis) ..... fecit ..... Iohannem, filium suum, ... suum verum et legitimum procuratorem ..... pre-



http://library.foi.hr

sertim ad exigendum et recuperandum a Vito Spinglauaç de Labaco, et alia quacunque persona, quicquid dicto constituenti teneretur per totam prouinciam Karniole, et de per eum receptis finem ..... faciendum .....

**Procura Baldasarus (!) et Acatij de Premo.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Cipriano Fariçich, Paulo Lucacij de Crupa, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Baldasar Perundorfer et Acatius condam Bartolomei de Premo ..... fecerunt ..... Alegretum Marini de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dictis constituentibus seu alteri ipsorum teneretur in dicta Terra Fluminis, et de per eum receptis finem .....

**Pro heredibus iudicis Iurchi contra Teodorum, et eius filium. S. 664.**

Die decimo mensis Decembris. In lobia ....., presentibus Luca Samburich, Iohanne Milasinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Teodorus condam Dominici fuit contentus ... se iuste teneri ... Alegreto Marini de Tragurio ... (S. 664.) nomine ac vice domine Orse, olim uxoris iudicis Iurchi de Dreuenico, tanquam gubernatricis filiorum et filiarum dicti condam iudicis Iurchi, libras centum et octo paruorum, pro quibus predictus Teodorus succumbit in iudicio, uti constat sententia, scripta ....., quas libras centum et octo dare et soluere promiserunt prefatus Teodorus et Ciprianus, eius filius, per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro Bernardo contra Michaelem de Calamota.**

Die XIIIJ mensis Decembris. In Terra Fluminis ... in claustro monasterij sancti Augustini, presentibus venerabili fratre Alberto, priore dicti monasterij, Iohanne Suab, hospite, testibus ... Ibique Michael Alegreti de Calamota sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Bernardo de Nouo Monte, habitatori dicte Terre Fluminis, ..... ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro habito a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris, sub pena .....

**Pro Bernardo contra Demitrium.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Demitrius Georgij, ciuis dicte Terre Fluminis, sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Bernardo de Nouo Monte, habitatori dicte Terre Fluminis ..... ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro, habito a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris, sub pena .....



http://library.foi.hr

**S. 665. Pro iudice Nicolao Micolich contra Iacobum Cuchar (= coquus).**

..... Anno Natiuitatis .... MCCCCLVIIIJ$^{no}$, indictione septima, die tercio mensis Ianuarij in platea ....., presentibus Georgio Rompler de Labaco, Clemente Suab, habitatore Labaci, testibus ..... Ibique Iacobus coquus de Labaco sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich, ciui dicte Terre Fluminis ..... ducatos sexaginta septem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro oleo et papiro, habitis a dicto creditore. Pro qua quidem pecunie quantitate dictus debitor prefato creditori dare et consignare promisit tantum ferrum bonum de Vlspergo, pro precio ducatorum vndecim cum dimidio pro singulo milliario, quantum ascendat ad suprascriptam pecunie quantitatem, per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro iudice Nicolao contra Michaelem de Cotoro.**

Die XVIIJ mensis Ianuarij. In platea ....., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Stefano Blasinich, Iacobo Cusçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Michael Marchouich de Cotoro, habitator Castri Muscli, sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... ducatos viginti quatuor boni auri et iusti ponderis, et hoc pro quodam barchusio, habito a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet .....

**Pro Alegreto de Subinico contra Laurentium Spincich.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Vito Mateieuich, Iohanne Agabitich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Laurentius Spinçich, tanquam plegius et fideiussor Pauli Mortatich, ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Alegreto Martini de Subinico ..... ducatos triginta sex boni auri et iusti ponderis. Quos quidem ducatos dare et soluere promisit predictus Laurentius prefato Alegreto usque ad .....

**Allegatio Alegreti de Subinico.**

Die XX mensis Ianuarij. In platea ....., presentibus Cusma Mulsetich, Filipo de Arimino, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Alegretus Martini de Subinico asserens et dicens qualiter predictus Martinus, eius pater, vendidit Bernardo de Nouo Monte, habitatori dicte Terre Fluminis, miliaria duo olei ..... que miliaria duo olei ipse Alegretus (S. 666.) conduxit ad dictem Terram Fluminis, ut ipsa consignaret dicto Bernardo, et quia dictus Bernardus non est in dicta Terra Fluminis, et quamquam prefatus Alegretus ipsum circa mensem expectauit nec adhuc aduenit, idcirco ipse Alegretus pretendit vendere dictum oleum si poterit, cum intendat redire domum.

**S. 666.**



http://library.foi.hr

**Procura Blasij in ser Bartolum de Cherso.**

Die XXIIIJ mensis Ianuarij. In platea ....., presentibus Iusto barberio, Nicolao Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Blasius Dimitrij de Sagabria, habitator dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit probum virum ser Bartolum, filium nobili viri ser Iohannis de Bochina de Cherso, .....suum verum et legitimum procuratorem ....., presertum ad exequendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa Chersi, et in tota insula, et de per eum receptis finem .....

**Pro Antonio sarctore contra dominum abbatem a Prelucha.**

Die XXV mensis Ianuarij. In platea ....., presentibus Ambrosio Radolich, Petro Glauinich, Michaele de Carniola cerdone, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique nobilis vir ser Mateus condam ser Donati, ad presens iudex dicte Terre Fluminis, retulit mihi notario infrascripto qualiter ..... coram regimine dicte Terre Fluminis comparuit Antonius sarctor condam Benedicti de Esculo asserens et dicens qualiter ipse Antonius pluries ac pluries rogauit dominum abbatem sancti Iacobi a Prelucha, quod coperiri faceret stationem, quam dictus Antonius habet ad affictum a prefato domino abbate, aliter in ipsa statione stare nollet nec posset nisi cum suo maximo damno eo quod quando pluit omnes res dicti Antonij, in ipsa statione existentes, balneantur, quod facere prefatus dominus abbas omnino renuit quapropter prefatus Antonius in ipsa statione habitare non intendebat nec poterat propter aquam abundantem quando pluebat, vnde ipsam stationem renuebat, presentans libras triginta nouem pro affictu dicte stationis, et dicens quod, computatis aliquibus expensis, per ipsum Antonium in prefata statione factis, et suprascriptis libris XXXVIIIJ, quas predictus iudex Mateus asseruit apud eum depositatas, predicto domino abbati integre solutum et satisfactum estat pro affictu dicte stationis pro toto tempore quo predictus Antonius tenuit ipsam stationem ad affictum, vnde prefatum regimen considerans coperturam dicte stationis omnino fore destructam, contentauerunt (! scil, iudices), quod dictus Antonius suprascriptas libras XXXVIIIJ apud prefatum iudicem Mateum depositaret.

**Procura Antonij Toporischijch.**

Die quinto mensis Februarij. In sacristia ecclesie Maioris, presentibus Laurentio Spinçich, Cipriano Fariçich, testibus ... Ibique Antonius Toporischijch ..... ordinauit Alegretum Marini de Tragurio ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presentim in lite siue differentia, quam habet siue habere intendit cum Malgarita, filia Matee siue Petriça Glauinich occasione sponsalium, et ad comparendum coram .....



http://library.foi.hr

**S. 667. Pro iudice Iacobo contra Nicolaum de Ragusio.**

Die VJ mensis Februarij. In platea ....., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Cipriano Tudrouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Alegreti de Ragusio, habitator Ancone, ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Iacobo Micolich ..... ducatos quadraginta duos boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro, habito a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum ..... hac condicione addita, quod dictus debitor confestim cum appullerit cum suprascripto ferro Anchonam, dare et consignare debeat Ciriaco .....[1]) de Ancona, dicti creditoris commisso, plegiariam et fideiussionem pro suprascripto debito, quod si non faceret, exonerare debeat suprascriptum ferrum in magaçino predicti Ciriaci pro cautella prefati creditoris.

**Pro iudice Nicolao contra suprascriptum Nicolaum.**

Die VIIJ mensis Februarij. In platea ....., presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, iudice Vito Barulich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Alegreti de Ragusio, habitator Ancone, ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... ducatos nonaginta boni auri et iusti ponderis et solidos quinquagi(n)ta quinque paruorum, et hoc pro ferro, habito a dicto creditore. Quam quidem pecunie ..... (dalje tekst gotovo istovjetan s onim iz prethodne isprave).

**Procura Petri Spincich de Castua.**

Vltrascripto die. In Terra Fluminis ... in domo habitationis mei notarij infrascripti, presentibus Iohanne Milasinich, Cipriano Tudrouich, Marco Golçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Petrus Spinçich de Castua ..... ordinauit ser Marcum de Victore de Pinguento ..... suum verum et legitimum procuratorem ......, presertim in omnibus et singulis litibus, placitis ....., que et quas quomodocunque habet siue habiturus est cum ser Laurentio Trampus de Pinguento, tam in agendo quam in defendendo, et ad exigendum et recuperandum a dicto ser Laurentio quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**S. 668. Pro iudice Vito Barulich et Vito Mateieuich contra Suetinam de Lipa.**

Die XIJ mensis Februarij. In domo habitationis Martini Crapina, presentibus presbitero Antonio Vissignich, iudice Vito condam ser Matchi, testibus ... Ibique cum iudex Vitus Barulich et Vitus Mateieuich fuerunt plegij et fideiussores Gregorio Desinouich de Subinico pro Suetina de Lipa pro ducatis quadraginta nouem cum dimidio, soluendis usque ad festum ....., pro oleo quod habuit a dicto Gregorio, ideo dictus Sue-

1) U izvorniku ostalo na tom mjestu prazno, t.j. nepotpuno ispisano ime tog vjerovnikovog povjerenika (punomoćnika).



http://library.foi.hr

tina, intendens predíctos plegios et fideiussores seruare indemnes a dicta plegiaria et fideiussione, voluit et contentus fuit, quod dicti plegij et fideiussores possint et valeant absque alicuius contradictione dare et consignare predicto Gregorio de bonis ipsius Suetine ut incantentur et subastentur pro suprascripto debito quousque predicto Gregorio fuerit integre solutum et satisfactum.

**Pro Gregorio de Subinico contra iudicem Vitum Barulich et Vitum Mateieuich.**

Die XIIJ mensis Februarij. In platea ....., presentibus presbitero Antonio Vissignich, iudice Vito condam ser Matchi, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Vitus Barulich et Vitus Mateieuich, tanquam plegij et fideiussores Suetine de Lipa, ciuis dicte Terre Fluminis, ..... fuerunt contenti et confessi se iuste teneri ... Gregorio Desinouich de Subinico ..... ducatos quadraginta nouen cum dimidio boni auri et iusti ponderis, et hoc pro oleo, quod habuit suprascriptus Suetina a dicto Gregorio. Quos quidem ducatos dare et soluere promiserunt predicti iudex Vitus et Vitus predicto Gregorio usque ad festum ..... sub pena .....

**Pro çupano Luchesio de Seiane contra iudicem Rossum.**

Die XXIJ mensis Februarij. In Terra Fluminis ... in domo domini presbiteri Alexandri, plebani, presentibus dicto plebano, iudice Mateo condam ser Donati, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Vitus condam ser Matchi ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... çupano Luchesio de Seiane ..... libras centum et triginta paruorum pro saldo et calcullo omnium suarum rationum. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet ..... Et ad ma-
**S. 669.** iorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem (S. 669.) obligauit et pro speciali pignere designauit vineam suam, positam in districtu Fluminis in loco dicto Braida.

**Pro iudicibus Nicolao et Iacobo, fratribus, et Filipo de Arimino.**

Die vltimo mensis Februarij. In platea ....., presentibus Iohanne Marnich, Nicolao condam iudicis Pauli, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Gaspar Melçar de Labaco sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich et iudici Iacobo, fratribus, et Filipo Laurentij de Arimino, tanquam procuratoribus ser Francisci de Fano ..... milliaria nouem ferri boni de Vlsperg, et hoc pro vna domo, sita Labaci, quam dicti creditores vendiderunt, predicto Gaspari. Que quidem milliaria nouem ferri prefatus Gaspar, debitor, dare et consignare promisit prelibatis creditoribus in dicta Terra Fluminis usque ad .....

**Procura ser Anculini.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Toma remerio, Marco Cortelada, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser



http://library.foi.hr

Ançulinus Bonfiolo de Florentia, habitator dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit Donatum Luce de Iadra ..... suum uerum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum a Gregorio Filipi de Segna, habitatore Iadre, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**Pro Mateo Choceuar contra Radoiam.**

Die vltimo mensis Feberuarij. In domo domini presbiteri Alexandri, plebani, presentibus ipso domino plebano, Nicolao Tomasini de Vegla, testibus ... Ibique Alegretus Marini de Tragurio ..... fuit contentus ...... se iuste teneri ... Mateo Choceuar de Labaco ..... libras quadraginta octo paruorum, et hoc pro aliquibus mercancijs a dicto creditore habitis. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Pro suprascripto Mateo contra Blasiçam. S. 670.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Blasius condam Antonij de Segna, ciuis dicte Terre Fluminis, promisit Mateo Choceuar de Labaco, quod si domus Alegreti Marini de Tragurio, que est in pignere dicto Mateo pro libris (S. 670.), quadraginta octo et iudici Iacobo pro ducatis quinque remanserit ad incantum dicto Mateo, ipsi Blasius uult satisfacere dicto Mateo, et ipsi dare dictas libras quadraginta octo et dictos ducatos quinque aut in prompta pecunia aut rebus. Qui Alegretus promisit prefatum Blasium indemnem seruare a suprascripta promissione.

**Procura ser Ançulini Bonfiolo.**

Die secundo mensis Marcij. In platea ....., presentibus presbitero Mateo Barberich, iudice Mateo condam ser Donati, Iusto Vidotich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Ançulinus Bonfiolo de Florentia ..... ordinauit nobilem virum ser Antonium Luce de Firmo ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim in omnibus et singulis litibus, placitis ..., que et quas quomodocunque habet siue habiturus est cum Antonio Nicolai de Monte Albodio, tam in agendo quam in defendendo, et ad comparendum coram quibuscunque iudicibus ad agendum .....

**Protestus Martini aurificis.**

Die septimo mensis Marcij. In platea ....., presentibus Iohanne Marnich, Laurentio Spinçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Martinus aurifex condam Dominici asserens et dicens qualiter Matea Meçarouena promisit sibi texere rassiam, tam tempestiue quod ipsam posset portare Venetias ad festum ...... et iam habuit partem solutionis, nunc vero dicta Matea renuit texere sicut promisit, quapropter protestatus fuit contra dic-



http://library.foi.hr

tam Mateam . . . de omni damno et interesse, quod ipsi Martino eueniet eo quod non poterit dictam rassiam vendere Venetijs in festo . . . . .

**Responsio.**

Que Matea respondebat, quod ipsam rassiam texere volebat, sed quia fillum(!) nimis subtile est, volebat habere vnum solidum cum dimidio pro singulo brachio, aliter nolebat texere.

**Terminus datus fratri Nicolao et Chirino Spinçich.**

Die prescripto. In Terra Fluminis . . . in stuba monasterij Fratrum Heremitarum sancti Augustini. Venerabilis pater frater Marcus, vicarius ordinis prefati per has partes dedit terminum fratri Nicolao, conuentuali predicti monasterij, et Chirino Spinçich, presentibus (et) contentantibus, quod usque ad quinque septimanas . . . . . comparere debeant in Ciuitate Monacensi per se uel suos legitimos procuratores cum iuribus suis coram reuerendo . . . padre domino fratre Paulo, sacre pagine professore necnon priore prouinciali prouincie Bauarie, Boemie etc. ordinis Fratrum Heremitarum sancti Augustini, et pars que non compareret, saluo iusto impedimento, cadat a iure suo.

**S. 671. Procura Alegreti de Subinico.**

Die XIJ mensis Marcij. In platea . . . . . , presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, iudice Mateo condam ser Donati, Teodoro condam Dominici, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . . Ibique Alegretus Martini de Subinico . . . ordinauit Gregorium Desinouich de Subinico . . . suum uerum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur in dicta Terra Fluminis quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem . . . . . faciendum . . . . .

**Pro Iohanne de Ragusio contra Clementem et Valentum de Dubraua.**

Die XXIIIJ mensis Marcij. In littore maris ante Terram Fluminis . . . , presentibus Chirino Spinçich, Vlatcho condam Georgij de Iadra, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Clemens dictus Pannian et Valentus Benedicti, ambo de Dubraua, sponte . . . . . fuerunt contenti . . . se iuste teneri . . . Iohanni de Ragusio, habitatori Venetiarum, . . . . . ducatos triginta quatuor boni auri et iusti ponderis, et hoc pro pipere, habito a dicto Iohanne creditore. Quos quidem ducatos dare . . . promiserunt prefati debitores predicto creditori siue illi qui hoc instrumentum debiti monstrauerit usque ad festum . . . . .

**Locatio ancille pro Mateo barberio.**

Die XXVIIIJ mensis Marcij. In platea . . . . . , presentibus Petro balistario, Iusto Samburich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Matchus Doclenich de Bicorpai sponte . . . . . dedit et tradidit ad seruiendum et famulandum Mateo barberio



http://library.foi.hr

condam Antonij Malgaritam, filiam suam, etatis annorum nouem uel circa, his pacto et condicione, quod dictus Mateus prefatam Malgaritam vestire et calceare teneatur, et vitum prestare, et ipsam regere et gubernare, prout dicto Mateo videbitur absque alicuius contradictione, dans et recommittens predictam Malgaritam in et super animam prefati Matei barberij.

**Pro Martino aurifice contra Gregorium Rafaelich.**

**S. 672.**

Die primo mensis Aprilis. In Terra Fluminis ... in domo habitationis domini presbiteri Alexandri, plebani, presentibus ipso plebano, Francisco Cigantich, Cipriano Tudrouich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Gregorius condam Rafaelis de Fossambruno fuit contentus ... se habuisse ac recepisse a Martino aurifice condam Dominici libras octoaginta paruorum pro parte solutionis vinee, site in Senichoui, (S. 672.) quam dictus Martinus emit a prefato Gregorio, non computatis tamen in suprascriptis libris LXXX[ta] libris septuaginta duabus, quas dictus Gregorius recepit a dicto Martino illo tunc quando emit suprascriptam vineam.

**Affrancatio liuelli Francisci fabri.**

Die quinto mensis Aprilis. In Terra Fluminis ... in sacrastia ecclesie Maioris, presentibus Prodano de Pago, Ieronimo Obadich, Dominico Agabitich, subdiacone, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique venerabili viri dominus presbiter Iohannes Micolich, arcidiaconus, dominus presbiter Alexander, plebanus, ceterique canonici dicte Terre (Fluminis) ... liberauerunt, absoluerunt, et affrancauerunt Franciscum fabrum condam Martini a liuello librarum viginti paruorum, quas dictus Franciscus dare et soluere tenebatur omni et singulo anno annuatim dicto capitulo pro vna vinea, sita in Coxala, et vno orto, sito in Luchi, uti constat instrumento, scripto manu condam ser Guidonis condam ser Iacobi de Spignimbergo, publici notarij, et tunc cancelarij dicte Terre Fluminis, anno domini MCCCCXXVIIIJ[no], indictione septima, die sextodecimo mensis Octobris, his pacto et condicione, quod dictus ortus et predicta vinea, que nunc est baretum et vinea siue dolacius predicti Francisci, qui dicitur Slognin Dolaç, situs ad Braidam, cum omnibus iuribus, habentijs, et pertinentijs suis, liberi remaneant predicto capitulo ita et taliter, quod prefatum capitulum possit et valeat de suprascriptis ..... disponere et ordinare iuxta libitum voluntatis dicti capituli, absque alicuius contradictione. Pro quibus omnibus .....

**Pro Gregorio de Subinicho contra Suetinam.**

Die VJ mensis Aprilis. In platea ....., presentibus iudice Grisano condam iudicis Martini, Vito Mateieuich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Suetina de Lipa, ciuis diete Terre Fluminis, sponte ..... fuit contentus ... se iuste tene-



http://library.foi.hr
HISTORIJSKI ARHIV PAZIN-1

ri . . . Gregorio Desinouich de Subinico . . . . . ducatos duodecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro complemento solutionis olei, quod dictus Suetina habuit a predicto Gregorio. Quos quidem ducatos XIJ dare . . . promisit dictus debitor prefato creditori . . . . per totam diem festi . . . . . , his condicione et pacto quod . . . . .

**Pro Alegreto de Subinico contra Paulum Mortatich. S. 673.**

Die XJ mensis Aprilis. In Terra Fluminis . . . ante domum domini Iacobi Raunacher nobiles viri ser Mateus condam ser Donati et ser Iacobus Micolich, ad presens iudices Terre Fluminis predicte, retulerunt michi Antonio, notario infrascripto, qualiter heri Paulus (S. 673.) Mortatich coram ipsis dare et soluere promisit Alegreto Martini de Subinico . . . totum illud quod sibi tenetur, et hoc usque ad diem . . . . . aliter si non daret et solueret in suprascripto termino, quod tunc et eo casu dictus Paulus debeat reficere dicto Alegreto . . . . . omnes et singulas expensas . . . . . Pro quo quidem Paulo Laurentius Spinçich fuit plegius et fideiussor, cum obligatione . . . . .

**Pro Paulo Lustalar contra Iacobum Pacharon.**

Die XXV mensis Aprilis. In platea . . . . . , presentibus ser Mateo de Pelegrin, datiario, Alegreto Marini de Tragurio, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, ser Mateo condam ser Donati, ser Iacobo Micolich, ad presens iudicibus dicte Terre Fluminis, comparuit Paulus Lustalar de Labaco asserens et dicens qualiter sunt tres anni elapsi . . . quibus ipse Paulus fuit fideiussor pro Nicolao de Firmo, tanquam procuratore . . . Iacobi Pacharon de Firmo, cuidam Iudeo pro vno equo, quem dictus Nicolaus dixit se emere dicti ser Iacobi (! tako doslovno u izvorniku), et quem promisit soluere usque ad dies quindecim, et si non solueret in suprascripto termino tenebatur soluere usuram, nunc vero equus non est solutus, vnde ipse Paulus, tanquam fideiussor, cogitur ad soluendum et equum et vsuram, idcirco ipse Paulus intendit interdicere et sequestrare bona prefati ser Iacobi vbicunque ipsa inuenerit. Et hec dixit presente ser Petro Iohanne Pacharon de Firmo.

**Pro Petro Spinçich contra Laurentium, ..us fratrem.**

Die XXVIIJ mensis Aprilis. In platea . . . . . , presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, Simone Coxarich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Laurentius Spinçich de Castua sponte . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Petro Spinçich, fratri suo, . . . . . libras . . . . .[1])

1) Tako u izvorniku ostalo nedovršeno.



http://library.foi.hr

Pro Nicolao Mato contra iudicem Mateum.

Vltrascriptis die ac loco, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Blasio condam Antonij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Nicolao Mato de Selca ..... ducatos triginta unum boni auri et iusti ponderis, et hoc pro clauis, habitis a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare ... promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

S. 674. Pro Malgarita Smolichieua contra priorem sancti Augustini.

Die penultimo mensis Aprilis. In platea ...... presentibus Paulo barberio, Iohanne Barbich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique honestus vir frater Albertus, prior monasterij sancti Augustini dicte Terre Fluminis, fuit contentus ... se habuisse ac recepisse a Malgarita, olim uxore Petri Smolich, libras viginti duas pro parte solutionis debiti, in quo dicta Malgarita predicto fratri Alberto tenetur.

Procura Nicolai a Rocha.

Die quinto mensis Madij. In platea ....., presentibus ser Grisano condam ser Martini, Paulo Radauich, Iacobo Cusçich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Francisci a Rocha, ad presens habitator dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit probum virum Iulianum Iacobi de Florentia, aromatarium in ciuitate Ragusij, ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum ab Andruscho Radauich de Çupana, carpentario, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

Locatio vinee Malgarite de Bucharo.

Die XIIJ mensis Madij. In Terra Fluminis ... in domo habitationis Acatij Barlechouich, presentibus Paulo Vidotich barberio, Ambrosio Dolinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Malgarita, uxor condam Doimi Frendich de Bucharo dedit, tradidit, et locauit ad laborandum Curilo condam iudicis Matei de Bucharo vnam suam vineam, sitam in districtu Buchari desuper Steniçe usque ad sex annos ..., his pactis et condicionibus ..... (uz običajne uvjete).

Pro Antonio de Arimino contra Bartolum Melcherich. S. 675.

Die XVJ mensis Madij. In Terra Fluminis ... super strata ante domum heredum condam iudicis Bachini, presentibus iudice Mateo condam ser Donati de dicta Terra Fluminis, Gregorio Andree de Arbo, testibus ... Ibique Bartolus Melcherich sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... (S. 675.) ... ser Antonio Petri Stefani de Arimino, habitatori Segne, ..... ducatos decem boni auri et iusti ponderis et solidos sexdecim paruorum, et hoc pro plegiaria seu fideiussione, quam fecit prefato ser Antonio pro Alegreto Marini de Tragurio, ciue dicte Terre Fluminis. Quam quidem pecunie quantitatem dare et



http://library.foi.hr

soluere promisit dictus Bartolus prefato creditori usque ad . . . . .

**Pro Melcherich contra Radoiam.**

Vltrascriptis die, loco ac testibus. Suprascriptus Alegretus, obligando se et omnis sua bona, promisit ultrascripto Bartolo, quod ipse Alegretus predicto Bartolo soluet et reficiet omnes et singulas expensas ac damna, que et quas predictus Bartolus pateretur ob causam suprascripte fideiussionis siue plegiarie.

**Procura plebani Fluminis.**

Die XVJ mensis Madij. In platea . . . . ., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Paulo barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique dominus presbiter Alexander, plebanus, . . . fecit . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . Iohannem Baptistam de Arimino . . . . . presertim ad exigendum et recuperandum a Simone Coxarich libras decem, et ad comparendum . . . . .

**Pro Sachomano contra Primus (!).**

Die XXIIIJ mensis Madij. In platea . . . . ., presentibus Prodano de Pago, Paulo Mortatich, Blasio condam Antonij de Segna, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Primus Osualdi de Sonech fuit contentus . . . se iuste teneri . . . Iohanni merciario dicto Sachoman . . . . . libras septuaginta paruorum, et hoc pro vna domo et pro vno orto, habitis a dicto Iohanne. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet . . . . .

**Testificatio Bosichij ad petitionem Marci Cersatich.**

Die XXV mensis Madij. Ante portam Terre Fluminis . . . a mari constitutus Lucas dictus Bossich, habitator Segne, testis productus coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, per Marcum Cersatich in lite seu differentia, quam habet cum Nicolao de Candia, habitatore Vegle, et sacramentatus dixit et testificatus fuit qualiter Alegretus de Ragusio, ciuis dicte Terre Fluminis, et ipse testis fecerunt fideiussionem Nicolao de Candia pro dicto Marco pro extrahendo ipsum de carceribus Vegle, hoc pacto quod si dictus Marcus foret concors cum prefato Nicolao tunc ipsi fideiussores erant liberi sin autem, quod debebant prefatum Marcum reducere ad carceres aut pro ipso soluere, et aliud dixit se nescire.

**S. 676. Pro iudice Nicolao contra presbiterum Mirotich.**

Die XXVIJ mensis Madij. In platea . . . . ., presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Iohanne eius filio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique dominus presbiter Mirotichius condam Valentini de dicta Terra Fluminis sponte . . . . . fuit contentus . . . se iuste teneri . . . iudici Nicolao Micolich . . . . .



http://library.foi.hr

ducatos triginta quinque boni auri et iusti ponderis, et hoc pro vna domo et pro medietate orti iuxta ipsam domum siti, qui fuerunt iudicis Tonse condam ser Niole, et qui remanserunt dicto iudici Nicolao pro suprascripta ducatorum quantitate, uti constat instrumento ..... quos quidem domum et orti medietatem dictus iudex Nicolaus dedit, tradidit, et restituit suprascripto debitori ..... Quos quidem ducatos dictus debitor prefato creditori dare et soluere promisit per terminos infrascriptos, videlicet ..... Pro quo quidem presbitero Mirotichio ser Simeon Maurich se constituit plegium et principalem debitorem, cum obligatione .....

**Pro Paulo Mudri.**

Die sexto mensis Iulij. In platea ......., presentibus iudice Iacobo Micolich, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, Blasius becharius de Cilia, obligando se et omnia sua bona, promisit reducere sanum et incolumne ac liberum de Pinuento (! Pinguento) ad dictam Terram (Fluminis) Paulum Clementis becharium, hoc est quod non ledatur ab aliqua persona in ere nec in persona, et hoc ut secure accedat cum Laurentio Spinçich Pinuentum.

**Procura ser Ançulini in Iohannem Betini.**

Die nono mensis Iulij. In platea ....., presentibus iudice Vito condam ser Matchi, iudice Stefano Blasinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Ançulinus Iacobi Bonfiolo de Florentia, habitator dicte Terre Fluminis, ..... fecit ..... prouidum virum Iohannem Betini de Ancona ..... suum verum et legitimum procuratorem, ..... presertim in omnibus et singulis litibus, placitis ... que et quas habet siue habiturus est cum quacunque persona, tam in agendo quam in defendendo per totam Marchiam Anconitanam, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa in dicta prouincia, et de per eum recep-
S. 677. tis finem, dimissionem ..... Et (S. 677.) ad comparendum coram quocunque rectore ac iudice ad agendum .....

**Pro iudice Nicolao contra Iacobum Sommer.**

Die XV mensis Iulij. In platea ....., presentibus ser Mateo de Pelegrin, daciario, Paulo Mortatich, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Iacobus Sommer de Labaco sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... ducatos vndecim boni auri et iusti ponderis et solidos tresdecim paruorum, et hoc pro saldo et calcullo omnium et singularum rationum, quas quomodocunque simul habuissent usque ad diem presentem. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....



http://library.foi.hr

**Procura Georgij Fillacanouo in Martinum Crapina.**

Die XVIJ mensis Iulij. In platea ....., presentibus iudice Stefano Blasinich, Petriça Glauinich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius Fillacanouo, habitator Venetiarum, ..... ordinauit Martinum Crapina, ciuem dicte Terre Fluminis, ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**Pro Emericho fabro contra Michlesium muratorem.**

**S. 678.**

Die XVIIJ mensis Iulij. In platea ....., presentibus Ambrosio Radolich, Iohanne Marnich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique magister Michlesius Slamperger, murator, ..... fuit contentus et confessus se iuste teneri ... magistro Paulo (S. 678.) Vidotich, barberio, ..... vice ac nomine Emerici fabri condam Blasij ..... libras sexdecim et solidos quatuor [1]) paruorum nomine mutui, quas dedit Paulo Radauich pro exigendo muraleam infrascriptam, que ipsi deliberata fuerat pro libris XVJ die ..... Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus debitor prefato creditori ad omnem requisitionem ipsius creditoris. Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor prescripto Paulo, stipullanti ..... obligauit et pro speciali pignere designauit suam muraleam, sitam in dicta Terra Fluminis iuxta domum dicti Michlesij.

**Testificatio iudicis Viti Rosso.**

Die XXIIJ mensis Iulij. In platea ..... Coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Fluminis constitutus iudex Vitus condam ser Matchi, testis productus in lite siue differentia, que vertitur inter dominam Eufumiam, uxorem condam Stefani, capelarij, parte vna, et ser Georgium et Gasparem Andregetich, fratres, parte altera, dixit et testificatus (fuit)[2]), quod vidit calem, que dicitur in Sclabonico Clanaç, tantum quod vna persona poterat difficulter ire sed nescit si fuerit dicte domine Eufumie aut predictorum fratrum.

**Pro iudice Nicolao Micolich contra Churse.**

Die XXIIIJ mensis Iulij. In platea ....., presentibus presbitero Vito Cersatich, iudice Tonsa condam ser Nicole, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius dictus Churse ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... iudici Nicolao Micolich ..... libras sexdecim cum dimidio, quas dicto iudici Nicolao dare et soluere promiserat Ciprianus Tudrouich, uti constat instrumento ..... Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dictus Georgius prefato creditori usque ad festum .....

---

1) U izvorniku na tom mjestu omaškom stoji »quatuorum« mjesto »quatuor«.
2) U izvorniku ispušteno »fuit«.



http://library.foi.hr

**Emptio fratris Alberti prioris.**

Die XXVIJ mensis Iulij. In Terra Fluminis... ante domum heredum Anrici(!) Kastman de Pissino, presentibus Paulo Vidotich, barberio de dicta Terra Fluminis, Martino Iuich de Grobinico, testibus... Ibique iudex Alexander de Grobinico..... dedit, vendidit, et tradidit venerabili viro fratri Alberto, priori monasterij sancti Augustini,..... vnum molendinum, positum in Grochoua ad habendum, tenendum etc., et hoc pro precio et nomine precij librarum quinquaginta paruorum, quod precium totum idem venditor fuit contentus... se habuisse ac manualiter recepisse a dicto emptore, promittens etc.

**Pro iudice Lechsa de Grobinico contra fratrem Albertum priorem.**

Vltrascriptis die ac loco ac testibus. Suprascriptus frater Albertus, prior, promisit prescripto iudici Alexandro de Grobinico, quod quandocunqe predictus iudex Alexander dabit et numerabit ipsi fratri Alberto, priori, libras quinquaginta paruorum, quod ipsi iudici Alexandro restituet molendinum, situm in Grochoua, quod ab ipso iudice emit ut supra.

**Locatio famuli pro Nicolao de Candia. S. 679.**

Die vltimo mensis Iulij. In platea....., presentibus iudice Grisano condam ser Martini, Iusto Samburich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Georgius sarctor condam Stefani (S. 679.) accordauit et locauit Stefanum, filium suum, ..... ad standum et seruiendum quatuor annis... Nicolao Iohannis de Candia, ciui Vegle,..... his pactis et condicionibus, quod.....

**Pro Paulo Radauich contra iudicem Mateum.**

Vltrascriptis die ac loco. Coram generoso viro domino Andrea de Foramine, capitaneo dicte Terre Fluminis, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Iacobo Micolich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique iudex Mateus condam ser Donati obligauit et pro speciali pignere designauit Paulo Radauich duas suas partes stationis, site in platea pro indiuiso cum fraternitate sancti Iohannis, et ortum, situm in Vragneue Gomile iuxta iudicem Iacobum suprascriptum, pro debito in quo dictus iudex Mateus prefato Paulo tenetur, his pacto et condicione, quod.....

**Pro Laurentio Prasno Vrechie contra dominam Nastam.**

Die XVJ mensis Augusti. In Terra Fluminis... ante domum habitationis infrascripte creditricis[1]), presentibus magistro Alegreto Marini de Tragurio, Antonio sarctore de Iadra, testibus... Ibique domina Nasta, uxor condam ser Donati, sponte..... fuit contenta... se iuste teneri... Laurentio Prasno Vrechie de Lach..... ducatos quadraginta nouem boni auri et iusti ponderis et libras quinque paruorum, et hoc pro ferro,

1) U izvorniku omaškom mjesto »debitricis«.



http://library.foi.hr

habito a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare et soluere promisit dicta debitrix prefato creditori usque ad festum .....

**Pacta iudicis Nicolai et Gasparis Melcar.**

Di(e) prescripto. In platea ....., presentibus Iacobo Bachinich, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Gaspar Melçar de Labaco fecit pactum et conuentionem cum iudice Nicolao Micolich, quod dictus Gaspar dare et consignare debeat in dicta Terra Fluminis milliaria viginti unum ferri boni de Vlspergo pro precio ... ducatorum vndecim auri pro singulo milliario, ex quibus XXJ milliarijs ferri dictus iudex Nicolaus soluere debet milliaria decem in prompta pecunia usque ad festum ..... (S. 680.) et pro vndecim milliarijs ferri dictus iudex Nicolaus dare debet predicto Gaspari oleum pro precio ... ducatorum quadraginta auri pro singulo milliario usque ad festum ..... Si autem dictus iudex Nicolaus non haberet oleum uterque remaneat in sua libertate. Pro quihus omnibus etc.

S. 680.

**Procura Corcini de Iustinopoli.**

Die XVJ mensis Augusti. In Terra Fluminis ... in strata ante domum habitationis mei notarij infrascripti, presentibus ser Antonio de Budri de Iustinopoli, ser Iacobo, eius nepote, testibus ... Ibique ser Georgius condam Nicolai de Iustinopoli ..... ordinauit ser Iohannem condam Constantini, eius nepotem, suum verum et legitimum procuratorem etc, presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, et controuersijs, que et quas habet siue habiturus est cum quacunque persona, tam in agendo quam in defendendo, tam in partibus Istrie quam alibi per totum orbem, et ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**Procura domine Marie de Isula.**

Die XVIJ mensis Augusti. In Terra Fluminis ... in domo ser Bernardi de Nouo Monte, presentibus ser Antonio de Budri de Iustinopoli, ser Iacobo, eius nepote, testibus ... Ibique domina Maria, uxor condam Marci de Mancolo de Isula, et ad presens uxor ser Leonardi Batello de Maçorbo, ..... ordinauit prefatum ser Leonardum, maritum suum, ..... suum verum et legitimum procuratorem etc. presertim ad exigendum, recuperandum, et petendum omnes et singulas res dicte constituentis, et quicquid dicte constituenti teneretur quacunque ratione uel causa tam Isule quam alibi .....

**Procura iudicis Nicolai Micolich.**

Die prescripto. In platea ....., presentibus Paulo Mortatich, Iohanne Machagnan, Milasino calafato, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique probus vir ser Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit probum virum ser



http://library.foi.hr

Filipum de Bonauito de Fossambruno ..... suum verum et legitimum procuratorem etc., presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, controuersijs..., que et quas habet siue habiturus est in ciuitate Pisauri cum heredibus condam ser Iacobi de Terentijs de Pisauro, tam in agendo quam in defendendo, et ad petendum, exigendum, et recuperandum a suprascriptis heredibus omne id, et quicquid dicto constituenti debetur uel deberetur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem ..........

**S. 681. Protestus Pauli Agresta de Iustinopoli.**

Die prescripto. Ante portam Terre Fluminis... a mari, presentibus Georgio Contouich, Alegreto de Spaleto, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Iacobo Micolich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Paulus Agresta de Iustinopoli asserens et dicens qualiter marciliana, que ad presens est in Fluuio dicte Terre Fluminis est in contumacia propter contrabanna, et cuius marciliane medietas est sua pro indiuiso cum ser Antonio de Budri de Iustinopoli, ideo non intendit, quod durante prefata contumacia debeat nauigari, quapropter protestatus fuit contra prefatum ser Antonium ..... de ducatis quinquaginta auri pro sua medietate si cum dicta marciliana dictus ser Antonius nauigauerit uel nauigare fecerit, et ipsam perdi contigerit uel si ablata fuerit, et de damno, et interesse, et expensis secutis et secuturis.

**Affictatio stationis pro abbate sancti Iacobi a Prelucha.**

Die XVIIJ mensis Augusti. In platea ....., presentibus venerabili viro domino presbitero Iohanne Micolich, arcidiacono, presbitero Micoliça, testibus... Ibique venerabilis vir dominus Iacobus, abbas sancti Iacobi a Prelucha locauit et affictauit duobus annis stationem, sitam in platea, uidelicet partem vnam inferius, et totam superius, sicut prius tenuit, Antonio sarctori condam .....[1]) de Esculo, ita quod dictus Antonius soluere teneatur singulo anno libras triginta sex paruorum, qui affictus incipere debet die .....

**Protestus Pauli Agresta.**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus Nicolao Francisci a Rocha, Donato iudicis Matei, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique coram nobili viro ser Iacobe Micolich, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, comparuit Paulus Agresta de Iustinopoli asserens et dicens qualiter ser Antonius de Budri de Iustinopoli habet in suis manibus ducatos triginta, qui paribus portionibus pertinent dicto ser Antonio et ipsi Paulo, tanquam socijs, de quibus quidem ducatis nullam potest habere rationem, ideo protestatus fuit contra suprascrip-

---

1) U izvorniku na tom mjestu ostalo to ime neispisano.



http://library.foi.hr

tum ser Antonium . . . de damno, quod ipsi Paulo sequitur eo quod non potest habere partem sibi tangentem de dictis XXX ducatis.

**S. 682. Pro Honofrio contra Bernardum.**

Die XVIIIJ mensis Augusti. In via publica ante domum habitationis Nicolai condam iudicis Pauli, presentibus ser Antonio de Budri de Iustinopoli, Blasio Antonij de Segna, testibus . . . Ibique Bernardus de Nouo Monte, ad presens habitator dicte Terre Fluminis, obligando se et omnia sua bona, promisit dare et consignare in dicta Terra Fluminis Honofrio de Feraria, habitatori Ragusij, . . . . . milliaria duo et libras septincentas et triginta duas ferri boni mercimonialis, quam ferri quantitatem dare dicto Honofrio . . . tenetur Martinus Poliçar in dicta Terra Fluminis, uti ambo asseruerunt. Quam ferri quantitatem dare . . . promisit dictus Bernardus prelibato Honofrio in dicta Terra Fluminis usque ad . . . . .

**Pro Nicolao de la Rocha contra Agniam Laurenceuam.**

Die XXVIJ mensis Augusti. In platea . . . . . , presentibus presbitero Vito Cersatich, iudice Tonsa condam ser Nicole, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique Agnia, uxor condam Laurentij marinarij, fuit contenta . . . se habuisse ac manualiter recepisse a Nicolao Francisci a Rocha ducatos duodecim boni auri et iusti ponderis, et hoc pro integra solutione vnius legati, facti per Antonium de Ancona, tunc rerum gestorem condam ser Bernardi de Medicis de Florentia, tunc mercatoris Ancone.

**Pro Laurentio Spinçich contra presbiterum Alexandrum, plebanum.**

Die XXIIJ mensis Septembris. In Terra Fluminis . . . in statione Filipi Laurentij de Arimino, Nicolao a Rocha, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique cum Laurentius Spincich [1]) accomodauerit domino presbitero Alexandro, plebano, vnum sertum de malgaritis, et vnam balteum argenteam, quas balteum et sertum prefatus plebanus dedit pro pignere et vadio Laurentio Iacobi de Arimino, idcirco dictus dominus presbiter Alexander, plebanus, obligauit et pro speciali pignere designauit prefato Laurentio domum, in qua habitat, his pacto et condicione . . . . .

**Procura iudicis Nicolai in Georgium Passinich.**

Die XXV mensis Septembris. In platea . . . . . , presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, iudice Vito condam ser Matchi, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus . . . Ibique iudex Nicolaus Micolich, ciuis dicte Terre Fluminis, . . . . . ordinauit Georgium Rompler de Labaco . . . . . suum verum et legitimum procuratorem . . . . . , presertim ad exigendum et recuperandum a Vito Spinglauaç, ciue Labaci, quicquid dicto constituenti te-

---

1) Na tom mjestu u izvorniku »Spincich« pisano bez »ç«.



http://library.foi.hr

neretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**S. 683. Pro Matcho Vidac contra dominam Malgaritam Bachignam, et Christoforum, eius filium.**

Die XXVIJ mensis Septembris. In Terra Fluminis ... in domo habitationis infrascriptorum debitorum, presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, Iusto Samburich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique nobilis domina Malgarita, uxor condam iudicis Bachini, et Christoforus, eius filius, sponte ..... fuerunt contenti ... se iuste teneri ... Iohanni dicto Iagnaç, tanquam rerum gestori Matchi Vidaç 1) de Labaco, ducatos triginta sex boni auri et iusti ponderis, et solidos viginti nouem paruorum, et hoc pro ferro, habito a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare ... promiserunt dicti debitores prefato creditori usque ad festum ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor Christoforus eidem obligauit ..... suam vineam in Viçich, his pacto et condicione .....

**Procura Georgij Petricich.**

Die nono mensis Octobris. In platea ....., presentibus Georgio Glauinich, Francisco Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Georgius Petriçich ciuis dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit Leonardum de Monte Falchono, habitatorem Iustinopolis, ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... presertim ad exigendum ... a Iacobo Schencha de Iustinopoli quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**MCCCCLX°. Pro Matcho Vidac contra iudicem Mateum Donadouich.**

Die XVJ mensis Ianuarij. In platea ....., presentibus ser Simeone Maurich, Iusto Vidotich, barberio, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donatii sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Rafaeli de Labaco, tanquam rerum gestori iudicis Matchi Vidaç de Labaco ..... ducatos quinquaginta octo boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro, habito a dicto iudice Matcho, quos quidem ducatos dare ... promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**S 684. Pro Iusto Samburich contra iudicem Georgium Ruseuich.**

..... Anno Natiuitatis ... MCCCCLX, indictione octaua, die XVIJ mensis Ianuarij. In platea ....., presentibus Bartolo Melcherich, Francisco Cigantich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique iudex Georgius Ruseuich ..... et Iustus Samburich ..... in simul fecerunt tales conuentiones et pactum, videlicet quod dictus Iustus debeat tantum restringere exedram, que aspicit super tectum domus dicti Iusti, quod aliqua persona non possit ingredi nec egredi ipsam exedram. Et

1) Tako u tekstu tog uneska pisano »Vidaç« s »ç«, a in margine istog uneska bez »ç«.



http://library.foi.hr

si dictus Iustus vellet eleuare suam domum, quod tunc et eo casu possit et valeat prefatam exedram claudere. Et si ex dicta exedra fieret aliquod damnum prefato Iusto, quod tunc ipse Iustus possit et valeat predictam exedram claudere absque alicuius contradictione. Pro quibus omnibus.....

**Pro Toma bechario contra Barulum.**

Die XVIIJ mensis Ianuarij. In platea....., presentibus iudice Mateo condam ser Donati, Donato eius filio, testibus... Ibique Barulus Chergnaueçich, tanquam plegius et fideiussor Viti SlatoVlas [1]), fuit contentus... se iuste teneri... Tome bechario de Mutiniça libras quinquaginta vnam paruorum, quas dictus Vitus dare debebat predicto Tome pro complemento solutionis librarum, septuaginta. Quam quidem pecunie quantitatem dictus Barulus dare... promisit prefato creditori per terminos infrascriptos, videlicet.....

**Procura Iudicis Nicolai Micolich.**

Die penultimo mensis Februarij. In platea....., presentibus Ambrosio Radolich, Laurentio Spincich, Georgio Rompler, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique probus vir ser Nicolaus Micholich, ciuis dicte Terre Fluminis,...... fecit... Lambertum Iacobi de Arimino..... suum verum et legitimum procuratorem....., presertim in omnibus et singulis litibus, placitis, controuersijs..., que et quas habet siue habiturus est in ciuitate Ortone a mari cum quacunque persona, tam in agendo quam in defendendo, et ad petendum, exigendum, et recuperandum omne id et quicquid dicto constituenti debetur uel deberetur in prefata ciuitate Ortone quacunque ratione uel
**S. 685.** causa, (S. 685.) et de per eum receptis finem.....

**Procura Gregorij de Grobinicho.**

Die XVIIJ mensis Maij. In platea....., presentibus presbitero Antonio Vissignich, Milasino calafato, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique Gregorius piliparius de Grobinico, habitator iuxta Fluuium sub Cersato..... ordinauit probum virum ser Gasparem Antonij de Stanoe de Curçula..... suum uerum et legitimum procuratorem....., presertim ad exigendum et recuperandum a Iohanne Alegreti de Curçula, et quacunque alia persona, quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem.....

**Pro Laurentio Prasno Vrechie contra dominam Nastam.**

Die XVJ mensis Augusti. In Terra Fluminis... in domo habitationis infrascripte debitricis, presentibus domino presbitero Alexandro, plebano, Nicolao Francisci a Rocha, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Ibique domina Nasta, uxor condam ser Donati, sponte..... fuit contenta... se iuste teneri... Laurentio Prasno Vrechie de Lach..... duca-

---

1) Donosimo izvornu grafiju tog prezimena u izvorniku.



http://library.foi.hr

tos octoaginta octo boni auri et iusti ponderis, et hoc pro ferro, habito a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare ... promisit dicta debitrix prefato creditori usque ad festum .....

**Procura ser Grisani in Iohannem, filium meum.**

**S. 686.**

Die XVIJ mensis Augusti. In platea ....., presentibus Iohanne Sandai, Iusto Samburich, Blasio condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique ser Grisanus condam ser Martini, ciuis dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit Iohannem, filium mei Antonij, notarij infrascripti, ..... suum verum et legitimum procuratorem ..... (S. 686.) presertim ad exigendum et recuperandum ab Honofrio condam Iacobi, habitatore Ragusij, quicquid dicto constituenti tenetur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo contra Tomasinum.**

Die ac loco vltrascriptis, presentibus ser Anculino Bonfiolo, Chirino Milçich, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Nicolaus Tomasini de Caldana de Vegla sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Bartolomeo Matiucij de Firmo ..... ducatos viginti septem boni auri et iusti ponderis, et hoc pro oleo, habito a dicto creditore. Quos quidem ducatos dare ... promisit dictus debitor prefato creditori usque ad festum .....

**Finis Iacobi Sommer.**

Die XVIIJ mensis Augusti. In platea ....., presentibus Luca Samburich, Alegreto Marini de Tragurio, ciuibus dicte Terre Fluminis, (testibus). Ibique iudex Nicolaus Micolich ..... fecit Iacobo Sommer de Labaco finem, dimissionem ..... de omnibus et singulis, ad que prefatus Iacobus predicto iudici Nicolao tenebatur seu teneri poterat usque ad presentem diem quacunque ratione uel causa .....

**Procura Ielusse Tonchouichie(ue).**

Vltrascriptis die ac loco, presentibus domino presbitero Alexandro, plebano dicte Terre Fluminis, Blasutho condam Petri de Flumine, testibus ... Ibique Ielussa, relicta condam Grisani Tonchouich, heres in hac parte condam Michaelis Obadich et Marie, parentum suorum, ..... ordinauit Marcum Chouaçich, ciuem Chersi, ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum a Toma cerdone dicto Sisserach, ciue Chersi, quicquid dicte constituenti dare teneretur quacunque ratione uel causa, et de per eum receptis finem .....

**Pro Tadiolo de Segna contra Filipum Bradas.**

**S. 687.**

Die nono mensis Septembris. In Terra Fluminis ... in statione ser Iacobi Bachinich, presentibus Nicolao Tomasini de Caldana de Vegla, Bartolo Melcherich de dicta Terra Fluminis, testibus ... Ibique coram generoso viro domino Andrea de Fforamine, (S. 687.) capitaneo, iudicibus, et consilio dicte Terre Flu-



http://library.foi.hr

minis, Filipus Laurentij de Arimino, precibus Agnoli condam ser Iacobi de Terentijs de Pisauro ..... se constituit plegium et fideiussorem pro dicto Agnolo Tadiolo Fanuci de Segna his pacto et condicione, quod dictus Filipus debet et tenetur presentare die ..... predictum Agnolum coram regimine ciuitatis Segne ad respondendum prelibato Tadiolo coram dicto regimine Segne, qui Filipus presentato prefato Agnolo, ut supra, confestim sit et esse debeat liber et franchus a suprascripta plegiaria et fideiussione, sed si eundem Agnolum non presentauerit, ut supra, quod tunc et eo casu dictus Filipus teneatur et debeat dicto Tadiolo soluere et satisfacere totum illud quod per prefatum Tadiolum in iure conuinceretur pro dicto Agnolo.

**Pro Dragota contra iudicem Mateum.**

Die XIJ mensis Septembris. In Terra Fluminis ... in statione Filipi Laurentij de Arimino, presentibus Paulo barberio, Bartolomeo Matiucij de Firmo, testibus ... Ibique iudex Mateus condam ser Donati sponte ..... fuit contentus ... se iuste teneri ... Dragote condam domini Rainaldi de Subinico ..... ducatos triginta boni auri et iusti ponderis et solidos quadraginta sex paruorum, et hoc pro oleo, habito a dicto creditore. Quam quidem pecunie quantitatem dare ... promisit dictus debitor prefato creditori usque ad ..... Et ad maiorem cautellam dicti creditoris dictus debitor eidem obligauit, et pro speciali pignere designauit duas partes stationis in qua habitat Stefanus cerdo, et tres crateras argenteas, et octo coclearia argentea, his pacto et condicione, quod .....

**S. 688. Finis ser Fortes de Curçula et Gregorij piliparij de Grobinico.**

.....'Anno Natiuitatis ... MCCCCLXJ, indictione nona, die XIIIJ mensis Ianuarij. In platea ....., presentibus Alegreto Marini de Tragurio, Mateo barberio condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique Gregorius piliparius de Grobinico ..... fecit probo viro ser Forte Antonij Miutini de Curcula [1]) ..... finem, dimissionem, quietationem ..... de omni et singulo debito, iure, et actione, et de omnibus et singulis rebus, ad que uel quas dictus ser Fortes prefato Gregorio teneretur siue teneri posset quacunque ratione uel causa usque ad presentem diem .....

**Sequestrus Lamberti de Arimino.**

..... Anno Natiuitatis ... MCCCCLXV [2]), indictione XIIJ, die tercio mensis Ianuarij in lobia Terre Fluminis ..., presentibus

---

1) U tekstu »Curcula« bez »ç«.

2) Pronalazači i uređivači ovog važnog i najstarijeg riječkog spomenika, o kojima je bilo riječi u uvodu ovog izdanja (»Vjesnik« Državnog arhiva u Rijeci, Rijeka 1955—1956, III, 5, 6), označili su kao završnu godinu ovog kodeksa 1461. Po njima je u svom izdanju uzeo tu godinu kao završnu i S. Gigante (»Libri del Cancelliere« u »Monumenta di storia Fiumana«, 1912.), a povodeći se za njima i mi u početku ovog izdanja (cit. »Vjesnik« Državnog arhiva u Rijeci, Rijeka 1955—1956, III.).
Međutim sada, kad smo izvornik pročitali do kraja, vidimo da se kodeks zapravo zaključuje s godinom 1465., jer su na kraju knjige (str. 688. izv.) naknadno dodata još tri uneska, ispisana istim ali sitnijim rukopisom, u kojima nalazimo i 1465. godinu, te se time zaključna godina ovog spomenika pomiče za 4 godine naprijed.



http://library.foi.hr

Ambrosio Dolinich, Nicolao Cresolich, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati, ad presens iudice dicte Terre Fluminis, et me notario infrascripto comparuit Lambertus Iacobi de Arimino, tanquam procurator ..... Bartolomei Matiucij de Firmo, asserens et dicens qualiter habere debet a Nicolao de Sancto Elipidio, habitatore Tergesti, ducatos octo auri, et quia percepit quod apud ser Petrum de Tergesto, olim cancelario dicte Terre Fluminis, est vnus lectus, et alique alie res siue massaricie prefati Nicolai, idcirco ipsos lectum, res uel massaricias interdicit et sequestrat usque ad iuris cognitionem.

**Sequestrus ser Galeoti.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Coram suprascriptis iudicibus comparuit ser Galeotus Petri de Fano asserens et dicens qualiter habere debet a suprascripto Nicolao aliquam pecunie quantitatem, idcirco interdicit et sequestrat lectum, et alias omnes massaricias et res dicti Nicolai, qui et que sunt in dicta Terra Fluminis, usque ad iuris cognitionem.

**Procura Bernardi de Seruia.** Vltrascriptis die, loco ac testibus. Bernardus de Nouo Monte, olim habitator dicte Terre Fluminis, ..... ordinauit Iacobum Dorich de dicta Terra Fluminis ..... suum verum et legitimum procuratorem ....., presertim ad exigendum et recuperandum quicquid dicto constituenti teneretur quacunque ratione uel causa tan (! tam) in dicta Terra Fluminis, et in Istria quam alibi, et de per eum receptis finem .....

**S. 689.** ..... Anno Natiuitatis ... millessimo quadringentessimo trigessimo septimo, indictione XV, die quarto mensis Augusti. Quaternus pignerum[1]), uenditorum tempore spectabilis ac generosi uiri domini Iacobi Raunacher, honorabilis capitanei Terre Fluminis sancti Viti necnon nobilium uirorum iudicis Bartoli Glauinich et iudicis Nicolai condam ser Antonij, tunc

---

1) Knjiga riječkog kancelara i notara Antuna de Renno de Mutina, koju objavljujemo, sastoji se od dva dijela. Prvi je dio po sadržaju vrlo raznolik, jer sadrži uneske različite pravne prirode, o čemu je bilo više riječi u uvodu ovog izdanja (cit. »Vjesnik« Državnog arhiva u Rijeci, Rijeka 1955—1956, III, 5—14), a obuhvaća 1—688 str. izv. Datiran je god. 1436—1465 (v. posljednju prethodnu bilješku).
Drugi dio, kao što nam sama izvorna naslovna rubrika kaže, sadrži samo javne dražbe zaloga za vrijeme od 1437—1459 (689—749 str. izv.). Unesci su sastavljeni stereotipnim pravnim formulama, koje sadrže dražbeno traženje (dražbeni petit), dražbeni nalog (comissio), a negdje i dražbenu dosudbu (deliberatio). Zbog zanimljivih i dragocjenih podatak o imenima i prezimenima stranaka, sudaca i drugih službenih lica, većinom naših ljudi, a posebno podataka o nazivima lokaliteta, kad se radi o dražbama nekretnina, i o dužnim iznosima, za koje su ti zalozi bili dati, što nam sve omogućuje jasniji pogled na savremene narodnosne i ekonomske prilike riječkog područja, smatramo korisnim i potrebnim i taj dio objelodaniti. Učinit ćemo to u skraćenom obliku, t.j. uz ispuštanje svih suvišnih formula i svega onog što za smisao i sadržaj tekta nije bitno. Ipak radi boljeg razumijevanja i uvida u sam izvornik, objavit ćemo prve uneske (dražbeni petit, nalog i dosudbu) gotovo in extenso, dok daljnje uneske, kako rekosmo, donosimo u sažetom obliku.
Ispuštanja suvišnih formula i dijelova teksta označujemo tačkama.



http://library.foi.hr

. . . honorabilium iudicum dicte Terre Fluminis, notatorumque per me Antonium, filium Francisci de Renno de Mutina, notarium atque cancelarium dicte Terre Fluminis.

**Pro Agabito.** Die quarto mensis Augusti. In publica platea . . . . . Coram nobili viro iudice Bartolo Glauinich, tunc temporis iudice, comparuit Agabitus, filius Uiti Contouich asserens se habere in pignore a Mateo Çersato unam uineam, positam in districtu Fluminis in loco dicto Xenichoui iuxta iudicem Iohannem Misuli pro libris 30 paruorum, et supplicans ipsi domino iudici dignetur mandare Iurio, publico preconi, quatenus dictam vineam incantare debeat, et plus offerenti deliberare, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis.

**Comissio.** Qui dominus iudex audita et intellecta suprascripta supplicatione, et considerans ipsam fore iustam, illico mandauit prefato Iurio preconi quatenus dictam vineam incantare debeat, et plus offerenti deliberare pro satisfactione suprascripti debiti, et expensarum, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis.

**Deliberatio.** Die septimo mensis Augusti. In publica platea . . . , presentibus testibus . . . ser Stefano condam Blasij, ser Castelino de Pensauro, Georgio Crastich, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis. Coram nobili uiro iudice Bartolo Glauinich, tunc temporis iudice, comparuit Iurius, preco prefatus, asserens et dicens se incantasse et subastasse suprascriptam vineam tribus diebus continuis, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, et non comparuit quisquam qui se offerret daturum tantum neque plus de dicto debito. Vnde dictus Iurius preco de licencia dicti domini iudicis, uigore sui officij suprascriptam vineam deliberauit predicto Agabito, creditori . . . . . pro suprascripto debito, et expensis, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, et allienandum, et pro anima et corpore iudicandum, tanquam de re sua, cum omnibus et singulis iuribus et actionibus dicte vinee, incantate, spectantibus et pertinentibus.

**Pro Stefano Çernolich.** Die XVIIJ mensis Augusti. In publica platea . . . Coram iudice Nicolao condam Antonij comparuit Stefanus Çernolich asserens se habere in pignore a Stefano Storto unam schiauinam pro soldis 32, et supplicans . . . . .

**Comissio.** Qui dominus iudex illico mandauit prefato Iurio preconi quatenus dictam schiauinam incantare debeat . . . . .



http://library.foi.hr

**Pro Iohanne Cosarich.** Die et loco predictis. Coram nobili uiro iudice Nicolao condam Antonij ... comparuit Iohannes Cosarich asserens se habere in pignore a Nicolao de Cregnino, habitatore dicte Terre Fluminis, botonos quinque magnos argenteos deauratos pro libris 2 soldis 12, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex illico mandauit prefato Iurio preconi quatenus dictos botonos incantare debeat .....

**S. 690. Pro Martino Terçich.** Die XXVIJ mensis Augusti. In publica platea ... Coram nobili uiro iudice Bartolo Glauinich ... comparuit Martinus Terçich asserens se habere in pignore a presbitero Marco Radolich unum terrenum uacuum, positum in Terra Fluminis ante domum ser Stefani condam Blasij, quod terrenum fuit dicti Stefani, pro soldis uiginti, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit prefato Iurio preconi quatenus dictum terrenum incantare debeat .....

**Deliberatio.** Die primo mensis Septembris. In publica platea ... presentibus testibus ..... Blasio dicto Blasuta, Vito, filio domini arcidiaconi, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, coram suprascripto domino iudice Bartolo comparuit Iurius preco ... asserens ... se incantasse et subastasse, et non comparuit quisquam.

**Pro Francisco fabro.** Die VIIJ mensis Nouembris. In publica platea ... Coram nobili viro iudice Bartolo Glauinich ... comparuit Franciscus faber asserens se habere in pignore a Mateo Laus partem suam bareti [1]), positi iuxta iudicem Stefanum Roseuich et Michaelem Obadich, pro libris 4 soldis 12, et supplicans .....

**Comissio.** Qui iudex ..... illico mandauit prefato Iurio preconi quatenus dictam partem bareti incantare debeat .....

**Pro gastaldo.** Die XVIIJ mensis Decembris. In Terra Fluminis ante portam magnam sancti Augustini. Coram nobili viro iudice Mauro Vidonich ..... comparuit Mateus gastaldo(!) asserens se habere in pignore a Martino Grubich unum ortum, positum in districtu Fluminis in loco dicto Erth [2]), pro soldis 32, et supplicans .....

---

1) vrst vrta.
2) rt.



http://library.foi.hr

**Pro Toncho.** Die 29. mensis Ianuarij. In publica platea ... Coram nobili viro iudice Paulo condam ser Marci comparuit Tonchus piscator asserens se habere in pignore a Gasperlino unam uestem panni nigri pro libris 4 or, et supplicans ...

**Pro Teodoro.** Die et loco predictis, presentibus Martino Terçich et Vito Matronich. Nobilis vir iudex Paulus condam ser Marci precepit michi (scil. notario) quatenus scribere deberem qualiter, dum essem Albone de mandato ipsius, Iurius publicus preco incantauit tres pecias rectium a raçis pro 32 soldis tribus diebus continuis, secundum consuetudinem dicte Terre Fluminis, ad petitionem Teodori condam Dominici.

**S. 691 Pro iudice Vito Çouanich.** Die vltimo mensis Ianuarij. In publica platea ... Coram nobili viro iudice Mauro Vidonich ..... comparuit iudex Vitus Çouanich asserens se habere in pignore a Iohanne Sirognich unam domum, positam in dicta Terra Fluminis iuxta Mateum Çersatum et viam publicam, pro libris sexaginta quatuor paruorum, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit prefato Iurio preconi quatenus dictam domum incantare debeat .....

**S. 714. Pro Iurcho de Dreuenico.** Die XXIIIJ mensis Augusti. In publica platea ..... Coram ..... comparuit Georgius iudicis Stefani de Dreuenico asserens se habere in pignere a iudice Damiano condam Matei vnam vineam, positam in districtu Fluminis in loco dicto Xenichoui iuxta iudicem Vitum condam Matchi et iuxta ser Rafaelem, pro libris octuaginta nouem et solidis duobus, et supplicans .....

**Comissio.** Čui dominus iudex ..... illico mandauit .....[1])

**Pro predicto Iurcho.** Die vltimo mensis Septembris. In publica platea ..... Coram nobili viro domino Ambrosio condam ser Marci ... iudice..... comparuit Georgius iudicis Stefani de Dreuenico asserens se habere in pignere a iudice Damiano condam Matei vineam, positam in Xenichoui iuxta iudicem Vitum condam Matchi et ser Rafaelem, pro libris quadraginta sex (et) solidis duodecim cum dimidio, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die quarto mensis Octobris. In publica platea ....., presentibus Petro Glauinich, Iohanne Coxarich, Iohanne Lisicich, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram nobili viro domino Mateo condam ser Donati ... iudice ..... comparuit Mateus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam vineam iudicis Damiani, positam in Xenichoui, ... et non comparuit quisquam, qui se offerret daturum tantum quantum venerabilis frater Albertus, prior monasterij sancti Augustini de dicta Terra Fluminis, qui se obtulit daturum libras quadraginta sex et solidos tresdecim paruorum, vnde prefatus Mateus preco ..... suprascriptam vineam deliberauit prefato fratri Alberto, tanquam plus danti, ad habendum, tenendum .....

**Pro Teodoro condam Dominici.** Die XV mensis Nouembris. Iudex Vitus Barolich precepit michi quatenus scribere deberem qualiter die XIIJ mensis prefati in publica platea ..... coram eo comparuit Teodorus condam Dominici asserens se habere in pignere a Grisano

---

2) Unesak nedovršen u originalu. Bez marginalne rubrike.
1) U izvorniku taj unesak bez marginalne rubrike.



http://library.foi.hr

Labutich vnam vineam, positam in Coxala iuxta Iuanulum de Arbo et Laurentium seccatorem, pro libris vndecim et solidis nouem paruorum, et supplicans.....

**Comissio.** Qui dominus iudex illico mandauit.....

**Deliberatio.** Die XVIIJ mensis Nouembris. In publica platea....., presentibus Martino Çantanni [1]), Suetina Çupanich, testibus..... Ibique coram nobili viro domino Vito Barolich... iudice..... comparuit Mateus preco... asserens... se incantasse et subastasse suprascriptam vineam Grisani Labutich..... et non comparuit quisquam..... vnde prefatus Mateus preco..... suprascriptam vineam deliberauit suprascripto Teodoro, presenti... pro suprascripto debito, et expensis ad habendum, tenendum.....

**S. 715. Pro Teodoro condam Dominici.** Die XV mensis Nouembris. Iudex Vitus Barolich precepit michi notario infrascripto quatenus scribere deberem qualiter die XIIJ⁰ mensis prefati in publica platea..... coram eo comparuit Teodorus condam Dominici asserens se habere in pignere a Mateo Cersato vnam vineam, positam in Coxala iuxta Desam, uxorem Iohannis Coxarich et Blasium Oslar et Castelinum de Pensauro, pro libris viginti quinque et solidis quinque paruorum, et supplicans.....

**Comissio.** Qui dominus iudex illico mandauit.....

**Deliberatio.** Die XVIIJ mensis Nouembris. In publica platea....., presentibus Martino Çatanni, Suetina Cupanich, testibus..... Ibique coram..... comparuit Mateus preco... asserens... se incatasse et subastasse suprascriptam vineam Matei Cersati..... et non comparuit quisquam..... vnde prefatus Mateus preco..... suprascriptam vineam deliberauit dicto Teodoro, presenti..... pro suprascripto debito, et expensis ad habendum, tenendum.....

**Pro Gasparlino.** ..... Anno Natiuitatis... millessimo quadrigentessimo quadragessimo primo, indictione quarta, die XVIIJ mensis Ianuarij. In publica platea..... Coram nobili viro iudice Vito Barolich... iudice..... comparuit Gasparlinus condam domini Matlini asserens se habere in pignere a Simone Festa vnam muraleam, positam in dicta Terra Fluminis iuxta Grisanum Tonchouich et uiam publicam, pro libris octo (et) solidis septem paruorum, et supplicans.....

---

1) Drugdje u kodeksu čitamo to prezime »Çatanni«.



http://library.foi.hr

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio. pro iudice Mateo Donadouich.** Die XXIJ mensis Ianuarij. In publica platea ....., presentibus iudice Paulo condam ser Marci, ser Castelino de Pensauro, habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram nobili viro domino Mauro Vidonich ... iudice ..... comparuit Mateus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam muraleam Simonis Feste ..... et non comparuit quisquam, qui se offerret daturum tantum quantum iudex Mateus condam ser Donati, qui se obtulit daturum libras triginta quatuor paruorum, vnde prefatus Mateus preco ..... suprascriptam muraleam deliberauit prefato iudici Mateo, tanquam plus danti, presenti ..... pro dictis libris triginta quatuor, et expensis ad habendum, tenendum .....

**S. 716. Pro presbitero Iohanne dicto Calcina.** Die VIJ mensis Februarij. In publica platea ..... Coram ..... comparuit presbiter Iohannes de Vegla dictus Calcina asserens se habere in pignere a Rauino condam iudicis Martini de Pago octauam partem vnius muralee, positam in Terra Fluminis predicta iuxta iudicem Vitum condam Matchi et viam publicam, pro solidis triginta tribus, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XXIIIJ⁰ mensis Februarij. In publica platea ..... Coram nobili viro iudice Mauro, presentibus iudice Stefano Ruseuich, Ambrosio Radolich, testibus ..... comparuit Mateus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam octauam partem muralee ..... et non comparuit quisquam ..... vnde prefatus Mateus preco ..... suprascriptam octauam partem muralee deliberauit suprascripto presbitero Iohanni, presenti ..... pro suprascripto debito, et expensis ad habendum, tenendum .....

**Pro iudice Vito Rosso.** ..... Anno Natiuitatis ... millessimo quadrigentessimo quadragessimo secundo, indictione quinta, die octauo mensis Maij. In publica platea ..... Coram nobili viro domino Tonsa condam ser Nicole ... iudice ..... comparuit iudex Vitus condam Matchi asserens se habere in pignere a Mateo Gastaldo vnam vineam ..... positam in Rastocine iuxta terrenum Simonis Oslich et iuxta terrenum Iohannis Barbich et comunale, pro libris nouem paruorum, et supplicans .....

Qui dominus iudex illico mandauit ..... [1])

---

[1]) Taj unesak (dražbeni nalog) u izvorniku bez marginalne rubrike.



http://library.foi.hr

Die XIIJ mensis Maij. In publica platea....., presentibus iudice Mauro Vidonich, Teodoro condam Dominici, testibus ..... Ibique coram spectabili viro domino Iacobo Raunacher, capitaneo, nobili viro domino Tonsa... iudice suprascripto ego Antonius, notarius infrascriptus, cedulam suprascripti incantus presentaui sic, quod, de licencia prefatorum domini capitanei et iudicis, dicta vinea..... deliberata fuit prelibato iudici Vito pro suprascripto debito, et expensis..... ad habendum, tenendum.....[1])

**S. 717. Pro Valentino.** Die XXJ⁰ mensis Iunij. In publica platea..... Coram nobili viro domino Tonsa condam ser Nicole... iudice..... comparuit Valentinus condam Iurlini asserens... qualiter emit die secundo mensis instantis a Quirino Spinçich de Castua vnam domum ser Petri Pertusano, positam in dicta Terra Fluminis infra suos confines,..... pro ducatis centum et viginti auri, et suplicans.....

**Comissio.** Qui dominus iudex..... illico mandauit.....

**Deliberatio.** Die XXV mensis Iunij. In publica platea....., presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Nicolao Micolich et Stefano Blasinich, testibus..... Ibique coram suprascripto domino iudice Tonsa comparuit Iurius preco... asserens... se incantasse et subastasse suprascriptam domum, ut supra,..... et non comparuit quisquam qui aliquid dicte venditioni contradiceret uel opponeret, vnde prefatus Iurius preco..... suprascriptam domum deliberauit prefato Valentino..... ad habendum, tenendum.....

..... Anno Natiuitatis... millesimo quadrigentessimo quadragessimo tercio, indictione sexta, die octauo mensis Iulij. Agabitus Diraçich, tanquam gastaldio fraternitatis sancte Marie de Terra Fluminis sancti Viti, cum voluntate et consensu omnium fratrum dicte fraternitatis, incantare fecit vineam, positam in Dumaulch, que fuit Quirini dicti Bischuper[2])..... cum condicione quod quicunque dictam vineam emeritr debeat dare medietatem denariorum, quibus vendetur, confestim cum fuerit deliberata, et alteram medietatem usque ad unum annum proxime Futurum. Que vinea incantata et subastata fuit decem diebus continuis in lobia comunis dicte Terre Fluminis.....[3])

---

1) Unesak u originalu bez marginalne rubrike.
2) Tako u izvorniku »Bischup« sa znakom kratice za »er« ili »ar« preko »p«.
3) Unesak u kodeksu nedovršen.



http://library.foi.hr

S. 718.
**Pro iudice Rosso.**

Die vndecimo mensis Septembris. In publica platea ..... Coram nobili viro domino Stefano Ruseuich ... iudice ..... comparuit Antonius, filius iudicis Viti Rosso, nomine et vice dicti patris sui, asserens ... se habere in pignere a Mochoro Seualich vnam muraleam, positam in dicta Terra Fluminis iuxta Georgium Strachouich, et alios confines suos, pro libris decem paruorum, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit ..... .

**Deliberatio.** Die XIIIJto mensis Septembris. In publica platea ....., presentibus Suetina Çupanich, Dominico carpentario, testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit Georgius preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam muraleam ..... et non comparuit quisquam, vnde prefatus Georgius preco ..... suprascriptam muraleam deliberauit prelibato Antonio, nomine ac vice iudicis Viti, patris sui, ..... pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro iudice Iurcho.**

..... Anno Natiuitatis ... millessimo CCCCXXXXIIIJ, indictione septima, die quinto mensis Augusti. In publica platea ..... Coram nobili viro iudice Stefano Blasinich ... iudice ..... comparuit iudex Iurchus de Dreuenico asserens ... se habere in pignere a Mochoro Seualich ortum cum prato sibi contiguo, positum in Iesero, ..... pro libris quadraginta septem paruorum, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

Die octauo mensis suprascripti. In publica platea ....., presentibus Iohanne Loliça, Blasio dicto Blasuth, Fabiano Sirognin xeth [1]), testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit Iohannes preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptum ortum cum prato ..... et non comparuit quisquam ....., vnde prefatus Iohannes preco..... suprascriptum ortum cum prato deliberauit prelibato iudici Iurcho, presenti, ..... pro suprascripto debito, et expensis
S. 719. ..... ad habendum, (S. 719.) tenendum .....

**Pro exactore collecte.**

Die XX⁰ mensis Septembris. In publica platea ..... Coram nobili viro iudice Mateo condam ser Donati ... iudice ..... comparuit Petrus Glauinich, tanquam exactor collecte magnifici domini de Valse, asserens ... se velle ponere ad publicum incantum domum Radoie condam Petri de Srigne pro collecta suprascripti domini, pro solidis quinquaginta quinque, et supplicans .....

1) Šironjin zet.



http://library.foi.hr

Comissio. Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

Deliberatio. Die XXJ⁰ mensis suprascripti. In publica platea ....., presentibus Adam de Firmo, Vito Matronich, Martino Xatanni, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit Iohannes preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam domum, ut moris est, pro suprascripta collecta, et expensis, et nullus comparuit, qui se offerret daturum tantum quantum Nicolaus Suetaç, qui se obtulit daturum libras quadraginta quinque et solidos octo paruorum, vnde prefatus Iohannes preco ..... suprascriptam domum ..... deliberauit prelibato Nicolao pro suprascriptis quadraginta quinque libris et solidis octo paruorum, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

Pro Marco Bonto. Die XVIIIJ mensis Nouembris. In publica platea ..... Coram nobili viro iudice Mateo condam ser Donati ... iudice ..... comparuit Marcus Bunto [1]) asserens ... se habere in pignere a Grisano Labutich vnam domum, positam in dicta Terra Fluminis iuxta ..... [2]) pro libris quinquaginta paruorum, et supplicans .....

Comissio. Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

Deliberatio. Vltrascriptis millessimo, indictione ac loco, die uero XXIIIJ to mensis Nouembris, presentibus Teodoro condam Dominici, Vito sarctore condam Georgij, Georgio sarctore condam Stefani, testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice ..... [3])

S. 720. Pro iudice Mateo Donadouich contra heredes condam Antonij Andregetich. ..... Anno Natiuitatis ... millessimo quadrigentessimo quadragessimo quinto, indictione octaua, die octauo mensis Marcij. In publica platea ..... Coram nobili viro domino Vito Matronich ... iudice ..... comparuit iudex Mateus condam ser Donati asserens ... se habere in pignere pro libris centum paruorum lapides quatuor ad oleum heredum condam Antonij Andregetich, et supplicans .....

Comissio. Qui dominus iudex illico mandauit .....

Deliberatio. Vltrascriptis anno, indictione et loco, die uero XIIIJ mensis Madij, presentibus Luca Samburich, Iohanne Marnich, testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit

1) Tako u tekstu uneska »Bunto«, a in margine »Bonto«.
2) U izvorniku na tom mjestu, gdje su imale biti opisane medje te kuće, ostalo prazno.
3) Taj unesak u originalu nedovršen.



http://library.foi.hr

Iohannes preco ... asserens ... se incantasse et subastasse ..... suprascriptos quatuor lapides, et non comparuit quisquam ..... vnde dictus preco ..... suprascriptos 4$^{or}$ lapides deliberauit predicto iudici Mateo pro suprascripto debito, et expensis ad habendum, tenendum .....

**Pro Valentino Iurlinouich.**

Die XIIIJ mensis Marcij. In publica platea ..... Coram ..... comparuit Valentinus Iurlinouich asserens ... qualiter emit ab ipso iudice Vito vnum ortum, positum in districtu Fluminis in loco dicto Beli Camich [1]) iuxta Franciscum fabrum, viam publicam, et dictum Valentinum, pro libris triginta octo paruorum, et quia dictus Valentinus non vult quod aliquid possit sibi opponi in dicta venditione, ideo supplicat .....

**Comissio.**

Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.**

Die XVIIIJ mensis Marcij. In publica platea ....., presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, Bartolomeo Matiucij de Firmo, Nicolao Tomasini de Vegla, omnibus ad presens habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram nobili viro domino Ambrosio Cresolich ... iudice ..... comparuit Iohannes preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptum ortum ..... et nullus comparuit contradicens, idcirco prefatus Iohannes preco ..... suprascriptum ortum deliberauit suprascripto Valentino ..... pro suprascriptis triginta octo libris, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro suprascripto Valentino.**

**S. 721.**

Die nono mensis Aprilis. In Terra Fluminis ... in statione iudicis Nicolaj Micolich, presentibus Nicolao Çopich, Prodano de Pago, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique iudex Ambrosius Cresolich et iudex Vitus Matronich, ad presens ... iudices ..... (S. 721) preceperunt michi, notario infrascripto, quatenus scribere deberem qualiter de anno proxime preterito ..... Iohannes publicus preco incantauit et subastauit ..... domum Marine Goianichieue, positam in Terra Fluminis predicta iuxta monasterium sancti Augustini et Georgium Clarich, pro libris viginti octo paruorum, ad petitionem Valentini Iurlinouich, et nullus comparuit ..... idcirco prefatus Iohannes preco ..... suprascriptam domum, coram suprascriptis testibus, deliberauit prefato Valentino, presenti ..... pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

---

1) U izvorniku pisano »Belicamich«.



http://library.foi.hr

**Pro heredibus condam Antonij Andregetich.** Die XVIJ mensis Octobris. In lobia comunis ..... Coram domino capitaneo, iudicibus, et consilio comparuit ser Castelinus condam Iohannis de Pisauro, nomine et vice domine Naste, olim uxoris ser Donati, asserens ... qualiter ipsa domina Nasta habet in pignere, iam multo tempore, duos scutelinos argenteos, et asulas triginta duas argenteas in vna bursa de veluto, laborata cum aliquibus perlis, que fuerunt condam Martini Chiauasich de Segna, et quia ipsa multum indiget pecunia, ideo supplicabat .....

**Comissio.** Qui domini ..... illico mandauerunt .....

**Deliberatio.** Die XXIIIJ mensis Nouembris. In publica platea ....., presentibus Martino Cantanni[1]), Iohanne Loliça, Georgio Crastich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram nobilibus viris domino Mauro Vidonich et domino Chirino Glauinich ... iudicibus ..... comparuit Bosichius publicus preco asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptas res ..... et nullus comparuit, qui se offerret daturum tantum quantum ser Bartolus Bachinich, qui se obtulit, vice ac nomine heredum condam Antonij Andregetich, daturum ducatos vndecim auri et solidos quadraginta paruorum, idcirco prefatus Bosichius preco ..... suprascriptas res deliberauit prelibato Bartulo, nomine quo supra, tanquam plus offerenti .....

**S. 722. Pro Rafaele.** ..... Anno Natiuitatis ... millessimo quadrigentessimo quadragessimo sexto, indictione nona, die nono mensis Februarij. In lobia comunis ..... Coram domino Mauro Vidonich ... iudice ..... comparuit ser Rafael condam Francisci de Fossambruno, ciuis dicte Terre Fluminis, asserens ... qualiter emit a Stefano Cernolich duas vineas, quarum vna est posita in Senicoui, altera in Rastocine, pro ducatis centum et triginta auri, et quia nollet quod in futurum aliquid posset sibi opponi, idcirco supplicabat .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio pro eodem.** Die XIIIJ mensis Februarij. In lobia ....., presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Simone Oslich, Georgio Glada, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit Bosichius preco ... asserens ... qualiter suprascriptas vineas ... incantauit et subastauit ..... et nullus comparuit contradicens, idcirco dictus preco ipsas vineas ..... deliberauit predicto Rafaeli, pre-

---

1) Drugdje u kodeksu to prezime čitamo »Çatanni« i »Satanni«.



http://library.foi.hr

senti ..... pro dictis centum et triginta ducatis auri ad habendum, tenendum .....

**Pro Valentino Iurlinouich.** Die XXJ⁰ mensis Marcij. In publica platea ..... Coram domino Mauro Vidonich ... iudice ..... comparuit Valentinus Iurlinouich asserens ... se habere in pignere a iudice Damiano condam Matei ortum suum, positum in dicta Terra Fluminis in loco dicto Vragneue Gomile, pro certa pecunie quantitate, quem intendit facere poni ad incantum pro solidis viginti, idcirco supplicabat .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XXIIIJ mensis prescripti. In suprascripta platea, presentibus iudice Tonsa condam ser Nicole, iudice Stefano Blasinich, Simone Oslich, testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit Bosichius preco ... asserens ... se incantasse et subastasse ..... suprascriptum ortum, et nullus comparuit ....., vnde prefatus preco ..... suprascriptum ortum deliberauit supradicto Valentino, presenti ..... pro suprascriptis solidis $XX^{ti}$, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro suprascripto Valentino.** Die vltimo mensis Aprilis. In lobia ..... Coram domino Mauro Vidonich ... iudice ..... comparuit Valentinus Iurlinouich asserens se habere in pignere a iudice Damiano condam Matei eius stubam iuxta eius domum pro libris triginta quatuor et solidis quatuor (paruorum), et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die tercio mensis Madij. In lobia suprascripta, presentibus Grisano stacionario, Paulo condam Georgij de Segna, testibus ..... Ibique coram suprascripto domino iudice comparuit Bosichius preco ... asserens ... se incantasse et subastasse ..... suprascriptam stubam, et nullus comparuit ....., vnde prefatus preco ..... suprascriptam stubam deliberauit supradicto Valentino, presenti ..... pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**S. 723. Pro iudice Iurcho.** Die XIIIJ mensis Madij. In lobia ..... Coram iudice Vito condam ser Matchi et iudice Mateo condam ser Donati, ad presens ... iudicibus ..... comparuit iudex Iurchus condam iudicis Stefani de Dreuenico asserens ... se emisse a iudice Damiano condam Matei vnum ortum cum pergulis, positum in Luchi iuxta iudicem Ambrosium et capitulum dicte Terre



http://library.foi.hr

Fluminis, pro libris centum et nonaginta paruorum, et quia nollet quod aliqua persona sibi in futurum contradicere posset aut opponere posse dicte venditioni, idcirco supplicabat.....

**Comissio.** Qui domini iudices..... illico mandauerunt.....

**Deliberatio.** Die XX$^{0}$ mensis Madij. In statione iudicis Nicolai Micolich, presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Iacobo Micolich, Vito Mateieuich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus..... Ibique coram suprascriptis dominis iudicibus..... comparuit Bosichius preco... asserens... qualiter suprascriptum ortum..... incantauit et subastauit..... et nullus comparuit contradicens, idcirco dictus preco suprascriptum ortum, cum iuribus suis, deliberauit prefato iudici Iurcho, presenti,..... ad habendum, tenendum.....

**Pro Matcho Vidaç.** Die XVJ mensis Augusti. In platea..... Coram..... comparuit Matchus Vidaç de Labaco asserens se habere in pignere a condam domina Lepiça, olim uxore iudicis Damiani, ortum suum magnum, positum in Luchi, pro ducatis L$^{ta}$ tribus auri, et supplicans.....
Et quia subito coram suprascriptis dominis iudicibus et consilio..... comparuit iudex Tonsa condam ser Nicole, nomine ac vice iudicis Mauri Vidonich, asserens... qualiter suprascriptus ortus prius fuit obligatus ipsi iudici Mauro, prout constat....., idcirco presbiter Marcus Radolich, tanquam procurator dicti Matchi, consulentibus ipsis dominis iudicibus et consilio, fuit contentus, quod dictus ortus incantaretur, vltra dictum debitum ducatorum quinquaginta trium, pro ducatis XXIIIJ$^{or}$ auri, quos habere debebat prefatus iudex Maurus, promittens quod si dictus ortus remanebit ipsi presbitero Marco, nomine quo supra, depositabit dictos viginti quatuor ducatos sicquod fuerit incantatus.

**Comissio.** Qui domini iudices..... illico mandauerunt.....

**Deliberatio.** Die XVIIIJ mensis Augusti. Presentibus Chirino Spinçich, Martino Satanni, Martino condam Çanini, omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus... Coram..... comparuit Bosichius preco... asserens... se incantasse et subastasse suprascriptum ortum..... et non comparuit quisquam, qui se offerret daturum tantum neque plus de dictis debitis,
S. 724. vnde prelibatus preco... (S. 724.)..... suprascriptum ortum deliberauit predicto presbitero Marco Radolich, tanquam pro-



http://library.foi.hr

curatori prelibati Matchi Vidac [1]), pro suprascriptis debitis, et expensis ..... ad habendum, tenendum ..... Vitus Mateieuich scripsit suprascriptum incantum quando erat loco mei, dum iui ad regem Aragonum [2]).

**Pro Simone de Dreuenico.** ..... Anno Natiuitatis ... millessimo CCCCXXXXVIJ, indictione decima, die XIIIJ mensis Februarij. In lobia ..... Coram domino Vito Matronich ... iudice ..... comparuit Simon de Dreuenico, habitator dicte Terre Fluminis, asserens se habere debere a iudice Iurcho de Dreuenico, tanquam plegio Matei Cersati, libras triginta sex et solidos XIIJ paruorum, pro quibus denarijs habet in pignere a dicto iudice Iurcho vnum ortum prefati Matei Cersati, positum ad Punctam iuxta dominum plebanum, Franciscum fabrum, et viam publicam, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XVIIIJ vltrascripti mensis. In publica platea ....., presentibus testibus iudice Mauro Vidonich, iudice Nicolao Micolich, Valentino Iurlinouich. Ibique coram ..... comparuit Bosichius preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptum ortum ..... et nullus comparuit ..... idcirco Bosichius preco ..... suprascriptum ortum ..... deliberauit prefato Simoni, creditori, pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro Simone Pilar.** Die XIIIJ mensis Februarij. In lobia ..... Coram ..... comparuit Simon Pilar condam Tome asserens ... se habere debere a Iacobo Cusçich libras quinquaginta paruorum pro muralea, quam ipsi vendidit, posita in dicta Terra Fluminis iuxta viam publicam et heredes condam Antonij Micolich, quam muraleam cum sit pignus suum intendebat ponere ad incantum, idcirco supplicabat .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die quarto mensis Marcij. In suprascripta lobia, presentibus iudice Vito condam ser Matchi, Antonio eius filio, Blasuth condam Petri, Martino Sentani [3]), omnibus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Bosichius preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam muraleam ..... et nullus comparuit ..... id-

1) U izvorniku omaškom »Vidac« mjesto »Vidaç«.
2) Iz bilješke, na kraju tog uneska, doznajemo, da je notar ovih spisa god. 1446. bio upućen kao poslanik, sigurno u ime riječke općine, aragonskom kralju.
3) Grafija tog prezimena stalno varira u kodeksu. Tako nalazimo, pored »Çatanni«, »Çantani«, »Satanni«, »Santani«, sada i »Sentani«.



http://library.foi.hr

circo ipse Bosichius ..... suprascriptam muraleam ..... deliberauit prefato Simoni pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**S. 725. Pro Bartolomeo Matiucij de Firmo.** Die XVIIIJ mensis Iulij. In lobia ..... Coram iudice Vito Barulich, tunc temporis iudice loco iudicis Tonse condam ser Nicole, comparuit Bartolomeus Matiucij de Firmo asserens ... se habere in pignere a Nicolao Copich [1]) vnam suam vineam, positam in Coxala iuxta iudicem Vidacium, Agnetem Labutouam, et viam publicam, pro ducatis XXVIJ auri, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XXIIJ mensis Iulij. In suprascripta lobia, presentibus Petro Glauinich, Valentino Iurlinouich, Iohanne Cosarich [2]), omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram suprascripto iudice Vito comparuit Mateus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam vineam ..... et nullus comparuit ..... idcirco dictus preco ..... suprascriptam vineam ..... deliberauit prefato Bartolomeo pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro iudice Vidacio.** ..... Anno Natiuitatis ... millessimo CCCCXXXXVIIJ, indictione vndecima, die XV mensis Septembris. In lobia ..... Coram ser Vito Barulich ... iudice ..... comparuit iudex Vitus Çouanich asserens se habere in pignere a Vito sarctore condam Georgij domum suam, in qua habitat, pro libris LXXXIIJ et solidis sex, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XVIIJ mensis Septembris. In publica platea ....., presentibus Grisano condam iudicis Martini, Bartolo Melcherich, Martino aurifice, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam domum ..... et nullus comparuit ..... idcirco dictus preco ..... suprascriptam domum ..... deliberauit prefato iudici Vito, creditori, pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**S. 726. Pro Elena, uxore Cosme Mulsetich.** ..... Anno Natiuitatis ... millessimo quadrigentessimo quadragessimo nono, indictione duodecima, die decimotercio mensis Ianuarij. In lobia ..... Coram nobili viro ser Iacobo Mico-

1) Drugdje u izvorniku čitamo to prezime, pisano s »Ç« (»Çopich«).
2) Drugdje u kodeksu čitamo to prezime »Coxarich«.



http://library.foi.hr

lich ... iudice ..... comparuit Cosmas Mulsetich, nomine ac vice Elene, uxoris sue, asserens ... qualiter intendit ponere ad publicum incantum domum condam Georgij Clarich iuxta Sanctum Augustinum, et ortum, situm ad Punctam, tanquam res que pertinent dicte Elene, uxori sue, ut siquis intendit habere aliquod ius in dictis bonis, debeat comparere, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XVIIJ mensis Ianuarij. In suprascripta lobia, presentibus Petro Glauinich, Paulo Mortatich, ambobus habitatoribus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptas possessiones ..... et nullus comparuit contradicens aut plus offerens, idcirco prefatus Valentus preco ..... suprascriptas possessiones deliberauit suprascripto Cosme Mulsetich, presenti ..... vice ac nomine dicte Elene, uxoris sue ..... pro suprascriptis [1]) ducentis libris, et expensis .....

**Pro Petro de Modrussa.** Die octauo mensis Februarij. In lobia ..... Coram ..... comparuit Mareta [2]) asserens ... se habere in pignere a Georgio Petriçich vnum baretum, situm iuxta vallem, que dicitur Cecelina, pro solidis duobus, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XVIIJ mensis Aprilis. In lobia ... , presentibus Grisano stacionario, Paulo Mortatich, Chirino Milçich, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram nobili viro ser Mateo Donadouich, ad presens iudice loco iudicis Viti condam ser Matchi, comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptum baretum ..... et nullus comparuit, qui se offerret daturum tantum quantum Petrus Franchouich de Modrussa, qui obtulit se daturum solidos viginti unum, vnde prefatus Valentus preco ..... prefatum baretum deliberauit prescripto Petro, tanquam plus danti, pro solidis viginti uno, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

---

1) Nigdje ni u tom, ni u prethodnom unesku nije bilo riječi o tim »ducentis libris« iako se tu kaže »suprascriptis«.

2) Tako u tekstu uneska »Mareta«, a in margine »Petro de Modrussa«, bez oznake u kojem pravnom svojstvu (kao srodnik ili punomoćnik) nastupa to lice (»Mareta«) u ime »Petro de Modrussa«. Najvjerojatnije je, da je to »Petro de Modrussa« trebalo doći in margine uneska o dražbenoj dosudbi (deliberatio), a u toj je marginalnoj bilješci trebalo stajati »Pro Mareta«.



http://library.foi.hr

**Pro Chirino Spinçich.** Die primo mensis Octobris. Coram nobili viro ser Mauro Vidonich... iudice..... comparuit Bartolus Melcherich [1]), satnicus, asserens se velle ponere ad publicum incantum, pro parte solutionis vnius condemnationis Ambrosij Coxarich, partem domus dicti Ambrosij, quam habet pro indiuisso cum patre suo, pro libris viginti, et supplicans.....

**Comissio.** Qui dominus iudex..... illico mandauit......

**Deliberatio.** Die X⁰ mensis Octobris. In publica platea....., presentibus Nicolao Tomasini de Vegla, Mochoro Seualich, testibus..... Ibique coram..... comparuit Iohannes preco... asserens... se incantasse et subastasse suprascriptam partem domus..... et nullus comparuit, qui se offerret daturum tantum quantum Chirinus Spinçich, qui se obtulit daturum libras triginta duas paruorum, vnde prefatus Iohannes preco..... prescriptam partem domus deliberauit prefato Chirino pro suprascriptis libris XXXIJ, et expensis..... ad habendum, tenendum.....

**S. 727. Pro Teodoro.** .....Anno Natiuitatis... millessimo quadrigentessimo quinquagessimo, indictione XIIJ, die XIJ mensis Aprilis. In publica platea..... Coram nobili viro domino Mateo Donadouich... iudice..... comparuit Teodorus condam Dominici asserens se habere in pignere a Michlesio Slemprian [2]), muratore, vnam muraleam, positam in dicta Terra Fluminis iuxta domum ipsius Michlesij, pro solidis triginta vno, et supplicans.....

**Commissio.** Qui dominus iudex..... illico mandauit.....[3])

**Deliberatio.** Die XVIJ mensis Aprilis. In publica platea....., presentibus Georgio sarctore condam Stefani, Blasio cerdone condam Antonij, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus..... Ibique coram..... comparuit Iohannes preco... asserens... se incantasse et subastasse suprascriptam muraleam..... et nullus comparuit..... vnde prefatus Iohannes preco..... suprascriptam muraleam deliberauit predicto Teodoro pro suprascripto debito, et expensis..... ad habendum, tenendum.....

---

1) Tako u tekstu uneska »Bartolus Melcherich«, a in margine »Pro Chirino Spinçich«. Sigurno omaškom, jer je to »Pro Chirino Spinçich« trebalo doći in margine uneska o dražbenoj dosudbi (deliberatio).

2) U izvorniku to prezime pisano »Slempria« sa znakom kratice za »m« ili »n« nad »a«, tako da možemo čitati »Slempriam« ili »Slemprian«.

3) Dok je do tog mjesta u izvorniku marginalna rubrika »comissio« bila redovito pisana s jednim »m«, od tog mjesta dalje čitamo izmjenično »Commissio« i »Comissio«.



http://library.foi.hr

**Pro Georgio Contouich.** Die septimo mensis Octobris. In lobia ..... Coram nobili viro ser Stefano Blasinich ... iudice ..... comparuit Georgius Contouich asserens ... qualiter emit quandam muraleam a Damiano Dragonich [1]), super qua edificauit domum, et quia non vult quod in futurum aliquid possit obici dicte venditioni ideo supplicabat .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die X⁰ mensis Octobris. In platea ... ., presentibus ser Antonio Sperono de Venetijs, Vito Mateieuich, Iohanne Cigantich, testibus ..... Ibique coram ... . comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam domum ..... et nullus comparuit contradicens aut plus offerens, idcirco ipse preco ..... prescriptam domum deliberauit Donche, uxori dicti Georgij, stipullanti vice ac nomine dicti Georgij ..... pro suprascriptis ducatis sexaginta uno ad habendum, tenendum .....

**Pro Vito Mateieuich.** Die X⁰ mensis Octobris. In lobia ..... Coram ..... comparuit Vitus Mateieuich asserens ... quod intendit incantari facere omnia sua bona immobilia pro ducatis ducentis auri, ne aliquis in futurum possit ipsi contradicere, ideo supplicabat .....

**Commissio.** Qui dominus iudex etc. illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XIIJ⁰ mensis Octobris. In lobia ....., presentibus Martino aurifice condam Dominici, Blasio cerdone condam Antonij, Iohanne dicto Iagnaç, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascripta bona ..... et nullus comparuit contradicens aut plus offerens, idcirco ipse preco ..... suprascripta bona deliberauit prelibato Vito Mateieuich pro suprascriptis ducatis ducentis auri ad habendum, tenendum .....

**S. 728. Pro iudice Vito Rosso.** Die X⁰ mensis Octobris. In lobia ..... Coram ..... comparuit iudex Vitus condam ser Matchi asserens ... se habere in pignere a magistro Antonio muratore de Pisauro duos ortos ad Punctam iuxta Franciscum fabrum, et viam publicam, pro ducatis tresdecim auri, et supplicans . ...

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

---

1) U tekstu tog uneska na tom mjestu stajalo »Gradafçich«, te to prezime precrtano i povrh napisano »Dragonich«.



http://library.foi.hr

**Deliberatio.** Die XIIJ mensis Octobris. In lobia ....., presentibus Martino aurifice condam Dominici, Blasio cerdone condam Antonij, Iohanne dicto Iagnaç, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptos ortos ..... et nullus comparuit ....., idcirco idem preco ..... suprascriptos ortos deliberauit prelibato iudici Vito pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro Antonio Sperono.** Die X⁰ mensis Octobris. In lobia ..... Coram ..... comparuit ser Antonius Sperono de Venetijs asserens ... se habere in pignere a Iacobo Sbardelada, de consensu Malgarite eius uxoris, medietatem domus, in qua habitabant dicti iugales, posite in Dolaç, et barcham dicti Iacobi cum omnibus corredijs et rebus suis, pro libris viginti quinque et solidis septem, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XIIJ mensis Octobris. In lobia ....., presentibus Martino aurifice condam Dominici, Blasio cerdone condam Antonij, Iohanne dicto Iagnaç, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam medietatem domus, et barcham ..... et nullus comparuit ..... idcirco idem preco ..... suprascriptam medietatem domus, et barcham deliberauit prelibato ser Antonio pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro iudice Iurcho de Dreuenico.** Die sexto mensis Marcij [1]). In publica platea ..... Coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati asserens et dicens se habere in pignere comparuit [2]) iudex Iurchus de Dreuenico .....[3])

**Deliberatio.** Die nono mensis Marcij [4]). In publica platea ....., presentibus Stefano Mortath, Vito Mateieuich, Iusto barbitonsore, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Iohannes preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam literam .....[5])

---

1) Tako u izvorniku »Marcij« u slijedu unesaka iza »Octobris«. Možda grješkom ili je taj unesak naknadno napisan.
2) U tekstu kodeksa takav nezgrapan i neobičajan poredak riječi »asserens et dicens se habere in pignere comparuit . . .« Trebalo je »comparuit . . . asserens . . .«
3) U originalu taj unesak ostao nedovršen.
4) Tako u izvorniku u slijedu unesaka između »Octobris« i »Decembris« nalazimo »Marcij«. Možda grješkom.
5) Unesak u originalu nedovršen.



http://library.foi.hr

S. 729. Pro Alberto daciario Sinosechij.

Die octauo mensis Decembris. In publica platea..... Coram nobili viro ser Vito Barulich... iudice..... comparuit Bolfungus, tanquam procurator Alberti Spiler, asserens... se habere in pignere a Chirino Spinçich vineam cum oliuarijs, quam habet ad liuellum a capitulo dicte Terre Fluminis, pro ducatis viginti auri, et supplicans ipsi domino iudici dignetur mandare Valento, publico preconi, quatenus suprascriptam vineam cum onere liuelli incantare debeat.....

Comissio.

Qui dominus iudex..... illico mandauit.....

Deliberatio. pro Valentino Iurlinouich.

Die XJ mensis Decembris. In suprascripto loco, presentibus nobili viro ser Chirino de Grimanis, capitaneo Sancti Vincentij, Petro Glauinich, Rafaele de Fossambruno, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus..... Ibique coram nobili viro ser Iacobo Micolich... iudice..... comparuit Valentus preco... asserens... se incantasse... suprascriptam vineam..... et nullus comparuit, qui se offerret daturum tantum quantum ser Valentinus Iurlinouich, qui se obtulit daturum ducatos sexaginta auri, et solidum vnum, idcirco idem preco..... suprascriptam vineam deliberauit prefato ser Valentino pro prescriptis ducatis sexaginta auri, et solido vno, et expensis..... ad habendum, tenendum.....

Pro Stefano Mortath.

Die XIIJ mensis Decembris. In lobia..... Coram nobili viro ser Vito Barulich... iudice..... comparuit Stefanus Mortath asserens..... qualiter intendit incantari facere domum, positam post eius domum, quam emit a Cecilia, uxore Ilie, pro libris quinquaginta..... et suplicans.....

Comissio.

Qui dominus iudex..... illico mandauit.....

Deliberatio.

Die XVIIJ mensis Decembris. In suprascripto loco, presentibus Aggabito Contouich, Acatio Barlesich, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus..... Ibique coram..... comparuit Valentus preco... asserens... se incantasse et subastasse suprascriptam domum..... et nullus comparuit contradicens aut plus offerens, idcirco ipse preco..... suprascriptam domum deliberauit prescripto Stefano Mortath pro suprascriptis libris quinquaginta, ad habendum, tenendum.....

Pro Michaele cerdone.

Die XIIJ mensis Decembris. In lobia..... Coram..... comparuit Michael cerdo asserens... qualiter intendit incantari facere baretum cum terreno, sita(!) in Rastocine, que(!) emit a Matea, uxore condam Georgij Oslich, pro libris centum et viginti paruorum, ne aliquis in futurum possit contradicere, ideo supplicabat.....



http://library.foi.hr

Comissio. Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

Deliberatio. Die XVIIJ mensis Decembris. In suprascripto loco, presentibus iudice Mauro Vidonich, Simeone condam Mauri, ambobus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse vltrascriptum baretum cum terreno ..... et nullus comparuit contradicens aut plus offerens, idcirco ipse preco ..... suprascriptum baretum cum terreno deliberauit preli-
S. 730. bato Michaeli cerdoni pro suprascriptis (S. 730.) libris centum viginti ad habendum, tenendum .....

Pro Iacobo Malivanich. ..... Anno Natiuitatis ... millessimo quadrigentessimo LJ⁰, indictione XIIIJ, die decimosexto mensis Nouembris. In lobia ..... Coram nobili viro ser Vito Matronich ... iudice ..... comparuit Iacobus Maliuanich [1]) asserens ... se habere in pignere a Teodoro condam Dominici vnum dolacium, situm in Polce, qui dicitur Vodni Dol, pro libris nouem et solidis decem, et supplicans .....

Comissio. Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

Deliberatio. Die XVIIIJ mensis Nouembris. In lobia ....., presentibus iudice Mauro Vidonich, iudice Stefano Blasinich, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse prescriptum dolacium ..... et nullus comparuit ..... idcirco ipse preco ..... prescriptum dolacium deliberauit prelibato Iacobo pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

Pro Iohanne Sandai. ..... Anno Natiuitatis ... MCCCCLIJ, indictione XV, die mensis Septembris. In publica platea ... Coram nobili viro ser Mauro Vidonich ... iudice ..... comparuit Iohannes Sandai asserens ..... qualiter emit a condam presbitero Marco Radolich aliqua terrena, posita in Drenoua iuxta heredes Iachimi, Michaelem Obadich, Petrum Glauinich, et ipsum Iohannem, et quia dubitat quod aliquid in futurum possit dicte venditioni obici, ideo supplicabat ..... dignetur mandare Valento, publico preconi, quatenus suprascripta terrena incantare debeat pro libris quinquaginta .....

Comissio. Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

---

1) Tako u kodeksu u tekstu uneska »Maliuanich«, pisano s »u«, a in margine istog uneska »Malivanich«, s »v«.



http://library.foi.hr

**Deliberatio.** Die XXIIJ mensis Septembris. In publica platea ....., presentibus iudice Vito Matronich, Vito sarctore condam Georgij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ..... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascripta terrena ..... et nullus comparuit contradicens aut plus offerens, idcirco ipse preco ..... dicta terrena deliberauit prescripto Iohanni pro suprascriptis libris quinquaginta ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro ser Dominico de Iuliano.** ..... Anno Natiuitatis ... MCCCCLIIJ. indictione prima, die XV mensis Ianuarij. In publica platea ..... Coram ser Stefano Blasinich ... iudice ..... comparuit Antonius condam Matei de Tergesto, tanquam nuncius ser Dominici de Iuliano de Tegesto (! Tergesto), asserens se habere in pignere a Chirino Spinçich suam possessionem, super qua habitat Gerdina Cigulich, idcirco supplicabat prefato domino iudici dignetur mandare Valento, publico preconi, quatenus suprascriptam possessionem incantare debeat pro solidis decem .....

**Comissio.** Qui dominus iudex illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XVIIJ[0] mensis Ianuarij. In publica platea ....., presentibus Petro Glauinich, Blasutho condam Petri, testibus ... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse suprascriptam possessionem ..... et nullus comparuit, qui se offeret (! offerret) daturum tantum quantum Gaspar Suacichieuich de Grobinico, qui se obtulit daturum ducatos decem auri, idcirco ipse preco ..... prescriptam possessionem deliberauit predicto Gaspari, tanquam plus offerenti, pro dictis ducatis decem, et expensis ..... ad habendum, tenendum etc. .....

**S. 731. Pro Chirino Milcich.** ..... Anno Natiuitatis ... MCCCCLIIJ, indictione prima, die XVJ mensis Ianuarij. In lobia ..... Coram nobili viro ser Stefano Blasinich ... iudice ..... comparuit Chirinus Milçich asserens se habere in pignere a Blancho de Pago suam domum, positam iuxta Fluuium, pro libris XXXVIJ pro suo debito, et pro ducatis tribus auri Laçari de Tergesto, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio, pro ser Bartolomeo Teruisano.** Die XVIIIJ mensis Ianuarij. In lobia ....., presentibus Vito Mateieuich, Iohanne Coxarich, Blasio cerdone condam Antonij, omnibus ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se in-



http://library.foi.hr

cantasse et subastasse prescriptam domum ..... et nullus comparuit, qui se offerret daturum tantum quantum ser Bartolomenus Teruisano de Venetijs, qui se obtulit daturum libras septuaginta unam paruorum, idcirco ipse preco ..... dictam domum deliberauit prefato ser Bartolomeo pro dictis LXXJ[a] libris, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

**Pro Georgio Filacanouo.** Die XIJ mensis Marcij. In lobia ..... Coram nobili viro ser Mateo condam ser Donati ... iudice ..... comparuit Georgius Filacanouo, habitator Venetiarum, asserens se habere in pignere a Toma remerio de Bucharo suam vineam, sitam in Coxala, que fuit ser Andree de Albona, pro libris vndecim paruorum, et supplicans .....

**Comissio.** Qui dominus iudex ..... illico mandauit .....

**Deliberatio.** Die XVJ mensis Marcij. In lobia ....., presentibus Teodoro condam Dominici, Blasio cerdone condam Antonij, ciuibus dicte Terre Fluminis, testibus ... Ibique coram ..... comparuit Valentus preco ... asserens ... se incantasse et subastasse suprascriptam vineam ..... et nullus comparuit ..... idcirco ipse preco ..... dictam vineam deliberauit prefato Georgio Filacanouo pro suprascripto debito, et expensis ..... ad habendum, tenendum .....

